00054887

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 02 July, 2018

PLANTARUM MINUS COGNITARUM
CENTURIA I.

complectens

PLANTAS CIRCA BYZANTIUM
&
IN ORIENTE OBSERVATAS

54887

Per

J. C. Buxbaum, Acad. Scient. Socium.

PETROPOLI,
EX TYPOGRAPHIA ACADEMIAE.
cIↄ Iↄcc XXVIII.

00054887

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

ALEXIO GREGORII

FILIO

DOLGORVKIO

IMPERATORIAE MAIESTATIS

IN SVPREMO ET SANCTIORI CONCILIO

A CONSILIIS

ET

ORDINIS S. ANDREAE EQVITI &c.

OFFERT

AVCTOR.

ILLVSTRISSIME

&

EXCELLENTISSIME

PRINCEPS

SEcundum Auguſtum Imperatorem, vobis qui fide conſilio et animi corporisque virium contentione tanti magnitudinem Imperii ſuſtinetis, bene geſtarum rerum gloria propoſita eſt. Id mouit Academicos,

vt ſicuti opus publicae induſtriae, illius Numini Maieſtatique conſecrarunt, ita ſuas quisque operas vni ex ſacro veſtro concilio priuatim dedicaret. Tuo Nomini, Illuſtriſſime Princeps, hoc, quod ager aut Thracicus aut Aſiaticus et Ruthenicus tulit, quod ad hoc tempus inter naturae myſteria quaſi in operto fuit, quod auſpiciis ſumtibusque Imperatoriis et quaeſitum et erudito orbi pateſactum eſt, inſcribitur. Cui enim rectius, quam Tibi, qui Botanices ſtudiis te oblectare ſoles? Iamdiu nomina veſtra per ora virum volitant, tempus eſt, vt etiam in eruditorum ſcriptis conſpiciantur. Hoc ſibi laudi duxere magno et excellenti viri ingenio ſummisque in orbem

ter-

terrarum meritis, vos autem Ruthenicae gentis Principes a vobis alienum putabitis? Age nunc igitur, et Academicorum labores Imperatoris Auguſti gloriae conſecratos, et communem vtilitatem continentes, vt facis, tuere, hoc autem opus tanquam tuum, bona mente accipe.

TVO

ILLVSTRISSIME PRINCEPS

Petropoli
cIↄ Iↄcc XXVIII.
Kalendis Decembr.

NOMINI

deuotus

Ioannes Chriſtianus
Buxbaum.

LECTOR BENEVOLE.

PLantæ, quas Tibi hic ſub titulo Plantarum minus cognitarum exhibeo, in tres poſſunt dividi claſſes.

I. Continet a nullo Botanicorum antea nec nominatas nec deſcriptas, adeoque plane novas Plantas.

II. Plantas ab aliis vel nominatas ſaltem, vel etiam deſcriptas, quarum nomina & deſcriptiones ita dilucide-rem exponunt, ut nullus dubitationi ſuperſit locus, ſed figuræ hactenus de-

fuerunt, quibus Botanice ſine magno detrimento carere nequit.

III. Claſſis complectitur illas, quæ ab Auctoribus nominatæ, aut obſcure deſcriptæ, de quibus dubii ſumus, an ſint vel non, uno verbo incertas. Videmus enim plus confundere quam augmentum afferre Rei Herbariæ, qui nova ſemper fingunt nomina ſine accuratis deſcriptionibus &, quod præſtat, figuris. Omnium itaque figuras fieri curavi, ſic ſi & ego pro novo quid habeo, quod non eſt, meus ſtatim poterit deprehendi error, & in eo proſum, quod dubiarum plantarum accuratiores in medium profero figuras. Habeo autem cum Scheuchzero omnes pro novis, aut ut ipſe loquitur in Præfat. Agroſt. pro nul-

lis

lis aut nondum obſervatis deſcriptisque plantis, quæ nominetenus ſolum memoratæ aut confuſis deſcriptionibus iunctæ.

Addidi his plantas certo quidem ab Auctoribus nominatas & depictas, ſed ſedis adhuc dubiæ, hoc eſt, quorum genuinus character hactenus fuit ignotus, quas ſuis inſerui locis. Non minoris enim momenti eſt, plantæ hactenus obſcuræ ſuum adſignare characterem, quam invenire novam.

Deſcriptiones breves ſunt & deſcribunt illas ſaltim circumſtantias, quas figura exprimere nequit. Non placent enim ſesquipedales illæ minimorum accidentium & menſurarum, quæ ſemper variant, deſcriptiones, tædium legendi creantes. Noſtræ figuræ ſunt ſatis nitidæ

tidæ & imago bene depicta longe exquiſitius & certius docet figuram ſimiliaque quæ in oculos incurrunt, quam ampla quævis deſcriptio præſtare poteſt, inquit Tourneſortius in Inſt.

Adnotavi tandem hinc inde recentiorum Botanicorum & pſeudobaptiſtarum nonnullorum hallucinationes & multiplicationes, modeſte tamen & ſine acerbitate. Qua modeſtia, ut noſtræ quoque reprehendantur & corrigantur hallucinationes, opto. Vale.

Tab. I.

Echioides Orientale, Bugloſſi folio, flore luteo, maculis atro-purpureis notato. Tourn. Coroll.

RAdix craſſa, perennis, caulis ſesquipedalis et altior, valde ramoſus, erectus, foliis veſtitus hirſutis, Bugloſſo ſimilibus. Flores in ſummis ramis lutei, infundibuliformes, regulares, in tubum anguſtum deſinentes, ſpecioſi & patuli, maculis puniceis in medio interdum inſigniti, quos ſequuntur ſemina quatuor Echii ſeminibus ſimilia. Summus ramus hic delineatus eſt. Occurrit ſecus vias paſſim in Armenia, intra Er-

zeron & Cars. Nullam characteris figuram dedit Tourneſortius, hinc dubium hactenus fuit, an *Echioides Rivini & Tourneſ.* conveniant; ſed non conjungi poſſe noſtra monſtrat figura et deſcriptio. Mihi videtur ſine neceſſitate eſſe fictum novum Echioidis genus. *Rivini* enim *Echioides* ſub Bugloſſo relinqui, *Tourneſortii* vero ad *Echium* referri poteſt, nam flores non ubique accurate iſoperimetri ſunt, ſed interdum inter tres et duas lacinias differentia quædam obſervatur, quam noſtra figura exprimit.

Tab. II.

Fig. I.

Thlaspi humile, ſpica purpurea.

PAlmaris plantula radice nititur exigua, fibroſa, annua. Folia, glabra, rigida & nervoſa, inſtar *Thlaſpeos arvenſis Vaccariæ incano folio*, C. B. auriculata. Flores exigui, læte purpurei, ex quatuor petalis anguſtis conflati, denſe poſiti, quos ſequuntur capſulæ latæ, alato margine cinctæ, capſulis *Thlaſpeos arvenſis ſiliquis latis* ſimillimæ, purpureo colore inſignitæ, inque ſpicam denſam diſpoſitæ. Ramoſa interdum eſt. Reperitur ad margines rivulorum glareoſos in Cappadocia non longe a Trapezunte Majo.

Fig. II.

Thlaſpi montanum capſulis criſtatis.

RAdix perennis. Folia longa & anguſta. Flores purpurei. Capſulæ depreſſæ, orbiculatæ, bipartitæ, ſeminibus

bus luteis refertæ, quarum oræ multis inciſuris notatæ & quaſi criſtatæ. In montibus glareoſis Cappadociæ Majo.

Tab. III.

Fig. I.

Thlaſpi Orientale, fruticoſum, Scammonii Monſpelienſis folio. Tourn. Coroll.

FLores huic albi aut diluta purpura rubentes. Folia craſſiora, obſcure viridia et ſplendentia. Ramus exiguus ſaltem hic delineatus exhibetur, planta enim fruticoſa eſt & late ſpargitur. In montibus circa Erzeron Iunio.

Fig. II.

Myagrum monoſpermum minus C. B. P. Myagro ſimilis flore albo I. B.

PErtinet potius ad *Rapiſtrum*, quam huc, in capſula enim oblonga ovata, fert ſemen ſimilis figuræ. Nondum accurata hujus plantæ proſtat figura, dare ergo placuit. Circa Peram frequens.

Tab. IV.

Iſatis Orientalis, foliis Braſſicae perfoliatae, fructu cordiformi, caneſcente. Tourn. Coroll.

PEdalis eſt planta, floribus onuſta luteis. Semen maturum non vidi. In pratis ſiccioribus Armeniæ ad margines rivulorum.

Tab. V.

Iſatis Orientalis maritima, caneſcens Tourn. Coroll.

MAgna eſt planta, cuius ramulum florum ſaltem chartæ anguſtia capere potuit, tota incana. Flores lutei, ſemina noſtræ vulgari ſimilia. Ad littora Ponti non longe a Boſphorò prope Fanar primo collegi vere.

Tab. VI.

Galeopſis maxima foliis Hormini.

AD pedalem ſurgit altitudinem, folia longa, rugoſa, & pilis hinc inde obſita, circa imum caulem maxima. Caulis quadrangulus, non ramoſus, rubens. Flores purpurei denſis verticillis naſcentes, quorum labium ſuperius eleganter villoſum, inferius vero quodammodo criſpum. Odor aliqualis Marrubii. Ad ſepes Iberiæ floret Iunio.

Tab. VII.

Galeopſis maior, corium Moſcoviticum redolens.

FOlia crenata, glabra, ampla. Caulis quadrangulus circa radicem rubens. Flores magni, eleganter purpurei, quorum galea ampla & undulata eſt, odore accurate corium Ruſſorum Iucht dictum refert. Occurrit cum præcedente.

Tab.

Tab. VIII.

Pedicularis annua, Chamaepityos facie.

PLanta palmaris, foliis veſtita longiſſimis, trifidis Chamepityos inſtar, alterno ordine poſitis, in quorum alis naſcuntur flores pallide lutei, calyci viridi longiſſimo, cujus apices longiſſimi folia mentiuntur, inſidentes. Labium ſuperius florum ſurrectum et acutum, inferius vero in tres lacinias deorſum reflexas, pariter acutas, diviſum. Capſula oblonga, foliis calycis cincta & quaſi coronata, in duo loculamenta diviſa, ſeminibus foeta oblongis. In collibus apricis Armeniæ Iunio.

Tab. IX.

Fig I.

Cardamine arvenſis ſiliqua triangulari, cornuta.

PLanta eſt ſemipedalis, folia Cardamines pratenſis foliis ſimilia. Flores albi, caulibus ſummis adhærentes, quibus ſuccedunt ſiliquæ ex tenui principio craſſeſcentes, cornutæ quaſi, in duas cellas diviſae, ſeminibus repletæ rufis, ſubrotundis. Forſitan eſt *Burſa paſtoris orientalis Cardamines folio, ſiliqua longiſſima quadrangula Tourn. Coroll.* quod ſi ita eſt, male certe planta ſiliquosa, qualis ſine dubio noſtra eſt, cum ſiliculoſis confunditur, non dicam, quod toto habitu noſtra a *Burſa paſtoris* diſcedat. In agris Bojucteri ad Boſphorum inter angurias. Maio.

Fig. II.

Sinapiſtrum Orientale, triphyllum, Ornithopodii ſiliquis Tourn. Coroll.

PLanta valde ramoſa eſt, quæ autumno ex terra evulſa a ventis huc illuc in agris volvitur. Flores lutei. Siliquæ tenues. Ramulum ſaltem figura noſtra exhibet. Tota planta hircum olet. Inter ſata circa Peram.

Tab. X.

Fig. I.

Salicornia arboreſcens geniculata.

ARbuſcula eſt humanam ſæpe ſuperans altitudinem. Pars lignoſa cortice cinereo tegitur, extremi vero ramuli ſucculenti, virides & pyxidatim articulati, ex quibus prodeunt alii *Salicorniæ vulgari* fere ſimiles, minus vero tumidi, ſeu ex tenui principio craſſeſcentes, ſed teretes et multis circulis inſtar caudæ ſcorpionis inciſi, in clavas ex multis ſquamis compoſitas terminati, ex quibus ſquamis erumpunt ſtamina, et intra commiſſuras naſcuntur ſemina, uti in *Salicornia vulgari* obſervamus. Copioſe occurrit in locis ſalſis et ſqualidis Mediæ non procul a Cyro flumine, floret Iulio.

Fig. II.

Salicornia arboreſcens ſine geniculis.

DIffert hæc a præcedente ramulis æqualibus, nulla articulatione pyxidata iunctis, quibus adnaſcuntur incerto ordine alii breves, craſſiores, clavati, ſtatim ab egreſſu floriferi et circulis illis caudæ Scorpii æmulis deſtituti. Cum præcedente.

Tab.

Tab. XI.

Fig. I.

Salicornia arboreſcens Tamariſci facie.

ARbuſcula eſt humilis, duorum vel trium pedum altitudinem non ſuperans, cortice veſtita cinereo ramuli articulati inſtar Salicorniæ, ſed longo tenuiores & denſe naſcentes, Tamariſci ſpecie e longinquo imponentes. Occurrit in ſqualidis circa mare Caſpium, collegi quoque in Media.

Fig. II.

Kali fruticoſum, toto anno folia retinens.

CAules pedales, lignoſi, foliis veſtiti anguſtis, oblongis, nunc brevioribus nunc longioribus, pluribus communi exortu e caule pronatis, rigidis. In ſummo caule ſpica florum exiguorum, quatuor parvis membranis albicantibus inſtructorum, fructus parvus ſtriatus, omnium Kali ſpecierum quas vidi minimus, ſemine parvo cochleato foetus. Planta vivax eſt, quæ folia tota retinet hyeme.

Tab. XII.

Kali ſpinoſum, caule et alis florum purpureis.

SImile *Trago ſpinoſo Math.* ſive *Kali ſpinoſo I. B.* præterquam quod ſarmentis repat longiſſimis, amœne purpureis, & flores obtineat quatuor alis membranaceis eleganter purpureis cinctos, quodque capſulæ ſpinis illis acutiſſimis rigidis careant, ſola enim folia ſpinoſa ſunt. Circa Derbentum creſcit Autumno.

Tab. XIII.

Kali fruticoſum ſpicatum.

RAdix craſſa lignoſa. Caulis pariter lignoſus, cinereo cortice veſtitus, in aliquot diviſus ramos herbaceos, (horum unum hæc Tabula exhibet) quos cingunt folia longa, ſucculenta, glauca, nullo ordine poſita. In ſummis ramis proveniunt flores ſtaminei, ſublutei, membranis dilute viridibus, majoribus, quatuor plerumque eleganter ſtriatis, cincti, in ſpicam longam diſpoſiti. Sequuntur ſemina cochleata. An *Kali Orientale fruticoſum, flore maximo albido* Tourn. Coroll.?

Tab. XIV.

Fig. I.

Kali fruticoſum, Ericae folio.

RAdix lignoſa, uti & caulis inferior, qui in plures ramos dividitur herbaceos, foliis brevibus, crebris, cæſiis & ſucculentis, pluribus uno loco oriundis, veſtitos. Horum alis innaſcuntur flores ſtaminei, lutei, confertim poſiti, ita ut foliorum conſpectum eripiant totamque plantam obtegant, membranis quatuor plerumque ex viridi-albicantibus ſpecioſis cincti. Sequitur ſemen cochleatum. Planta eſt pedalis & flores profert Septembri. Foliis viridibus & incanis variat, hinc duas fecit ſpecies Barrelierus, nam *Kali vermiculatum Hiſpanicum, viride, fruticans*. Icon. 206. & *Kali vermiculatum Hiſpanicum, incanum, fruticans* Icon. 205. videntur non diverſa a noſtro, Barrelierus enim non vidit flores. *Cali ſive vermiculari marinæ non diſſimilis planta*. J. B. cum noſtro

ſtro idem. *Kali polygonoides frutex polyſpermon* eiusd. Barr. Icon. 191. eſt Atriplicis ſpecies.

Fig. II.

Kali humile, alis purpureis, florem roſaceum mentientibus.

ELegantiſſimæ huius plantæ radix parva, annua, cauliculi palmares, aut non multo altiores, erecti, prope terram in aliquot ramos diviſi, veſtiti foliis crebris, latioribus, glaucis, levi lanugine adſperſis, brevibus inque acutum abeuntibus mucronem. Ex horum alis egrediuntur ſtamina lutea alis foliaceis magnis & ſpecioſis, amœne purpureis, florem roſaceum referentibus, coronata, intra quas oritur fructus, ſemine cochleato fœtus. Floret Septembri.

Tab. XV.

Kali fruticoſum, incanum, foliis exſuccis.

PLanta eſt pedalis aut altior, lignoſa, valde ramoſa, folia crebra, nullo ordine poſita, anguſta & acuta, nunc longiora, nunc breviora, caneſcentia, exſucca & quaſi arida. In horum alis hinc inde longo ſæpius intervallo naſcuntur flores ſtaminei, purpurei, quinque foliolis anguſtis pariter purpureis circumdati, ſequuntur capſulæ ſemine fœtæ cochleato. An *Kali Orientale fruticoſum, altiſſimum, florum ſtaminibus purpureis Tourn. Coroll?*

Tab. XVI.

Kali foliis Linariæ tomentoſum.

PEdalis planta & valde ramoſa, quæ magna occupat ſpatia, folia obſcure viridia, hirſuta, flores quinque parvis membranis ſubviridibus cincti, qui tamen non in omnibus conſpiciuntur, ſed globuli ſaltem lanuginoſi, inter quos creſcunt bulbuli corniculati, uti in *Gramine paniculato ſparteo Alpino*, *pannicula anguſta, ſpadiceo-viridi, prolifero Scheuchz.* novas producentes plantas. Frequens eſt campis deſertis Mediæ & Regni Aſtrakan, floret autumno. An *Kali Orientale fruticoſum, Linariæ folio* vel *Kali Orientale fruticoſum*, *lanuginoſum Tourn. Coroll?* I. Bauhino ni fallor eſt *Kali hirſuto affinis*, *Anthilloidis forte aliqua ſpecies*.

Tab. XVII.

Fig. I.

Kali Orientale fruticoſum, foliis Sedi minoris, flore purpureo, Tourn. Coroll.

FOlia ſucculenta, in aculeum abeuntia. Flores in itinere perdidi, hinc nullos figura exhibet. Occurrit cum præcedente.

Fig.

Fig. II.

Kali humile, caule gracili, foliis craſſiſſimis veſtito.

ANnua radix, caules palmares aut altiores, teretes. Ex his egrediuntur rami breves, folio plerumque ſubſtrato, ex tenui principio craſſi & ſucculenti, qui explicantur in aliquot folia pariter ſucculenta, intra quæ oriuntur flores, quinque membranis purpureis anguſtis cincti, & ſemen cochleatum, in capſula carnoſa latens. Circa Aſtrakan collegi. Vidi quoque in Media.

Tab. XVIII.

Kali bacciferum, Salicorniæ facie.

RAdix digiti craſſitie, repens, foris fuſca, intus vero buxei coloris, iuniorem Glycyrrhizam referens. Ex huius capite ſurgunt aliquot caules (quorum unus hic delineatur) inſtar Salicorniæ geniculis crebris, circa radicem longioribus, in ſummo vero brevioribus, intercepti, ramis ex adverſo binis, alternatim poſitis, diviſi, qui interdum in alios breviores ſubdividuntur. Superioribus tam caulis quam ramulorum geniculis adnaſcuntur flores ſtaminei, foliis tribus membranaceis albicantibus, cochlearis inſtar excavatis & conniventibus incluſi. Hæ membranæ deinde etiam includunt baccam rotundam, miniatam, luteo digitos colore inficientem, pellicula tenui facile detergibili veſtitam, ſemine cochleto more reliquarum Kali ſpecierum fœtam. Differt tamen hoc ſemen ab aliis ſitu, qui verticalis, quum in reliquis horizontalis deprehendatur. Tota planta ſine fructu Salicor-

niæ aut Ephedræ ſpecie imponere poteſt. Occurrit paſſim circa mare Caſpium, in Inſulis Oſtiorum Wolgæ. Videtur eſſe *Cali Arabum aliud* a Rauwolffio deſcriptum. Vide Fig. I. Bauhini.

Tab. XIX.

Fig. I.

Kali bacciferum, foliis clavatis.

Radix digitum craſſa, albicans, evulſu facilis, & ut mihi videtur, annua. Caulis ſemipede altior ab exortu plures de ſe ſpargit ramos (quorum unum delineatum exibet figura noſtra) in metam quaſi faſtigiatos, raro in alios ramos eosque breviſſimos ſubdiviſos. Folia ubi ex caule egrediuntur gracilia, ſenſim craſſiora evadunt, apice obtuſo & quaſi abſciſſo parvam referentia clavam, ſucculenta, ſubglauca, tria ut plurimum coniuncta, unum quod medium occupat longius, & duo breviora. In eorum alis confertim proveniunt flosculi ſtaminei, lutei, membranis rotundis, albicantibus, parva petala mentientibus, quinque plerumque numero, cincti. Sequitur bacca rotunda, rubra, rubro digitos colore inficiens, & ſemen cochleatum continens, maturat fructum Septembri & creſcit cum præcedente. Erunt forſitan, quibus incongruum videbitur, plantas fructu molli & ſicco ſub eodem comprehendi genere. Sed quia reliquis partibus, ſemine inprimis in ſpiram contorto & membranis fructum cingentibus cum Kali convenit, ſeparare & ſine neceſſitate novum nomen fingere

nefas

nefas duxi. Antequam Kali relinquimus, monemus adhuc, *Kali ſpinoſum foliis longioribus & anguſtioribus ſubhirſutis Tourn. Coroll.* eſſe ſaltem varietatem *Kali ſpinoſi* I. B. locis aridis frequentem.

Fig. II.

Cucullaria.

HUius notæ ſunt: Folia ſtellata quaterna. Flores monopetali, tubuloſi, exigui, intra foliolum cuculli in modum complicatum latentes. Semen oblongum, poſt ſingulum florem unicum. Plantula eſt palmaris, aut non multo altior. Radix parva fibroſa. Caulis ramoſus, erectus, obſcure quadrangulus. Folia quaterna, quæ inferiora anguſta ſunt, *Gallio paluſtri albo* C. B. P. ſimilia, ſuperiora, quando nempe in ramulos divaricatur, latiora, quaterna, interdum vero in ſummo caule ſaltem bina. Ex horum alis prodeunt petioli, ſuſtinentes folia albida, complicata, quaſi cucullata, modo plura, modo pauciora, quorum ſingulum tegit floſculum tubuloſum, ſubpurpuraſcentem, vix conſpicuum, ſingulum vero florem ſemen ſequitur unicum, oblongum. In montoſis Cappadociæ collegi Maio. Quia aptius nomen non aderat, *Cucullariam* a foliis florum cucullatis vocavi. Tournefortius in honorem celebris Botanici Vaillant, qui multis plantis novis, multo pluribus vero novis nominibus rem ditavit herbariam, *Cruciatam muralem minimam Col.* Valantiam appellavit. Volui hinc ego noſtram plantam ſtellatis pariter adnumerandam nuncupare *Valantioides*, qua terminatione valde delectatus eſt Vaillantius. Potuiſſem quoque exemplo aliorum Botanicorum vocare *Cru-*

ciato-Rubeolam aut *Rubeolo-Cruciatam*, ſed, neſcio cur, ab iſtis appellationibus abhorreo. *Cucullariæ* itaque nomen relinquo, cui non arridet, aliud ex prædictis ſibi eligat.

Tab. XX.

Blattaria Orientalis, Agrimoniæ folio Tourn. Coroll.

AD cubitalem ſurgit altitudinem, in ramos interdum diviſa, flores rari ochro-levci, levi tamen purpura nonnunquam tincti. Tournefortius in Coroll. ſaltem nominavit, nos vero hic figuram damus, quæ a iuniore adhuc planta deſumpta. In gramineis Cappadociæ & Armeniæ Maio & Iunio.

Tab. XXI.

Blattaria montana foliis criſpis.

FOlia huic arcte terræ adhærentia, in circulum ſtrata, valde rugoſa & hirſuta, nunc integra, nunc laciniata, obſcurius viridia, inſtar foliorum Cardiacæ. Caulis quatuor vel quinque a principio cingitur foliolis parvis, acuminatis & auriculatis, dilutius viridibus, ſuperius vero omnibus deſtituitur foliis, ramoſus eſt & ſuſtinet flores pallide luteos, purpureis apicibus inſtructos, magnos. Radix ex tenui principio craſſior dependet inſtar radicis Aſphodeli fere. In montibus aridis Thraciæ floret Maio.

Tab. XXII.

Trollius humilis flore patulo.

PLanta eſt vix dodrantalis, folia Trollii vulgaris, flores Hellebori ſic dicti Hippocratis. Videtur eſſe *Helleborus niger Orientalis, Ranunculi folio, flore nequaquam globoſo Tourn. Coroll.* ſed certi quid determinare non poſſum. Altiſſima montium iuga amat, ubi aquæ nivales defluunt. In Cappadocia obſervavi Maio. Trollium voco cum Rivino antiquo nomine, quod aptius videtur, quam recentiorum *Helleboro-Ranunculus, Pſevdo-Helleborus* aut *Helleborus Ranunculoides.*

Tab. XXIII.

Cuſcuta maior caulibus Lupuli.

CAulibus Lupuli tenelli craſſitie altos occupat frutices, minus tamen ramoſa quam vulgaris. Floſculi diluta purpura rubent racematim digeſti. In Media Iulio. An *Cuſcuta Orientalis, viticulis craſſiſſimis, Convolvuli fructu Tourn. Coroll.* neſcio, fructum enim non vidi.

Tab. XXIV.

Linaria maxima, foliis Lauri, Dalmatica I. B.

HÆc in Armeniæ agris incultis frequentiſſima & eadem cum hac eſt *Linaria Orientalis flore luteo maximo Tourn.*

Tourn. Coroll. De hoc Tournefortii Corollario notandum, quod dimidia fere pars conſtet ex varietatibus & plantis minime novis, ſed novis ſaltem nominibus, a Tournefortio prolatis. Sic de Raphano vulgari tres Sinapios finxit ſpecies. Nam *Sinapi arvenſe præcox Conſtantinopolitanum ſemine nigro, flore albo, Sinapi arvenſe præcox Conſtantinopolitanum, ſiemine nigro, flore albo, lineis purpureis ſtriato & Sinapi arvenſe præcox Conſtantinopolitanum ſemine nigro flore purpuraſcente Coroll.* nihil aliud ſunt, quam Raphanus vulgaris, quem floribus purpureis, candidis & ſtriatis variare notiſſimum eſt. In agris enim circa Peram & locis vicinis multi ſeruntur Raphani, maiores auctumno extrahuntur, minores vero neglecti & per hyemem in terra relicti primo ſtatim vere caules protrudunt & florent, quæ res forſitan in Gallia inſueta magnum decepit Virum. Per duos ego veres ibi degens & ſedulo inquirens nullum præter hunc Raphanum *Sinapi arvenſe* reperire potui. Primo ipſe incautus credidi auctoritati Tournefortii, nam herba illa Raphani aliam, quaſi acquiſiverat faciem hyeme, poſtea autem aliter ſe rem habere cognovi. Noſtræ Linariæ figura apud I. Bauhinum minus bona eſt, meliorem ergo hæc planta elegantiſſima meretur.

Tab. XXV.

Linaria Conſtantinopolitana, Lini ſativi folio, flore luteo Tourn. Coroll.

HÆc pariter iam a I. Bauhino exhibetur, cui eſt *Linaria Pannonica, flore luteo minore quam in vulgari,* & Cluſio dicitur *Linaria Pannonica I.* qui deſcribit caulem

foliis

foliis Lino ſativo ſimilibus circumſeptum, Tournefortius vero vocat *Linariam Lini ſativi folio*, quæ inter ſe non differunt. Figuram damus, quo res extra omne ponatur dubium, Bauhini enim figura non placet. Circa Conſtantinopolim frequens. Caules auctumno ex radice profert novos, humi ſtratos, foliis unciam dimidiam latis interdum cinctos, tunc planta plane novam acquirit faciem, accedente tamen hieme pereunt. Adiecta eſt figura *Linariæ cœruleæ calcaribus longis* I. B. quæ quidem iam proſtat apud Bauhinum & Barrelierum, ſed noſtra exprimit capſulam ex duobus quaſi globulis conflatam ſeu teſticulatam. *Linaria Orientalis vulgari ſimilis folio longiſſimo Tourn. Coroll.* eſt ſaltim varietas *Linariæ vulgaris*, in noſtris etiam regionibus obvia.

Tab. XXVI.

Lepidium Orientale, Naſturtii folio, caule veſicario Tourn. Coroll.

FLores albi, capſulæ exiguæ acuminatæ, in ſingulo loculamento unicum continentes ſemen, acre, luteſcens. Folia *Iberidis vulgaris*. Caulis interdum circa exortum foliorum aut ramulorum frugiferorum expanditur & veſicæ inſtar inflatus redditur, ſimili fere modo, uti obſervamus in *Gramine ſpicato pratenſi, ſpica ex utriculo prodeunte* Inſt. R. H. Locis aridis Iberiæ & Mediæ familiaris Iulio & Auguſto.

Tab. XXVII.

Smilax Orientalis ſarmentis aculeatis, excelſas arbores ſcandentibus, foliis non ſpinoſis Tourn. Coroll.

Utilis valde ad ſepes & umbracula, flores fert ex luteo virides, baccas rubras. Huius aſparagi primo vere comeduntur in acetariis inſtar aſparagorum Lupuli. In Thraciæ ſepibus circa pagos frequens, copioſe quoque occurrit in Ponto & Cappadocia.

Tab. XXVIII.

Fig. I.

Camphorata hirſuta C. B. P. Camphorata Monſpelienſium I. B.

Huius nondum accurata proſtat figura, quam hic damus. Addimus duas novas ſpecies, quarum prior eſt

Fig. II.

Camphorata fruteſcens, foliis latis et anguſtis.

Caules rigidi, lignoſi, erecti & reclives ex radice craſſa tres, quatuor vel plures egredientes, ramoſi. Folia caulis maiora, rigida, nervoſa, foliorum *Scammonei Monſpelienſis* figura, acuminata, ſingularia. Ex horum alis incerto ordine exeunt rami, veſtiti foliis longe anguſtioribus, incanis & exſuccis, confertim naſcentibus, unum enim maius & latius aliquot minora cingit & in ſino ſuo fovet.

In

In ſummo caule & ramis oriuntur capſulæ hirſutæ, fuſcæ, oblongæ, ſemine oblongo fœtæ. Nondum maturus erat fructus, hinc accurate deſcribere non poſſum. In locis ſqualidis circa Propontidem Selibriæ vicinis æſtate.

Tab. XXIX.

Camphorata tectorum, foliis Polygoni hirſutis.

OCcurrit in tectis Armeniæ. Radix fibroſa, annua. Folia valde hirſuta & incana, in horum alis conſpiciuntur vaſcula ex foliolis complicatis piloſis compoſita, clauſa, ex quorum commiſſuris prodeunt ſtamina prælonga, apicibus multo ſulphure prægnantibus inſtructa. Semen orbiculatum, planum, quod adhuc immaturum videre ſaltem contigit. Floret Iunio. Ob ſtamina prælonga & capſulam cum Camphorata convenientem huc retuli. *Polygonum fruticoſum, ſupinum, Ericoides, cinereum, Thymi folio, Hiſpanicum & Polygonum ſupinum fruticoſum, verticillatum, folio minimo Hiſpanicum* Barrel. nihil aliud ſunt, quam *Camphorata Monſpelienſium.* Male a quibusdam pro Camphoratæ ſpecie profertur *Camphorata Africana umbellata, fruteſcens Hermanni*, cuius figura proſtat in Hort. Amſt. Nec huc pertinere videntur plantæ, quæ Raio & Plukenetio Camphoratæ nomine veniunt.

Tab. XXX.

Atriplex Orientalis, frutex aculeatus, flore pulcro Tourn. Coroll.

FRutex eſt humilis, aculeis uncis munitus. Folia rara, brevia & acuminata, intra quæ copioſi egrediun-

tur floſculorum calyces, amœne purpurei, ſtriati, ex quatuor foliolis conflati, duobus nempe maioribus, cordiformibus, totidemque minoribus, appendicularum inſtar adhærentibus, in quibus naſcitur ſemen orbiculatum planum. *Atriplex eſt plantæ genus* ſecundum Tournefortium, *flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus conſtante, ex calyce pentaphyllo ſurgentibus. Piſtillum autem abit deinde in ſemen orbiculatum & planum, ipſo calyce ceu capſula obvolutum. Alio præterea fructu donantur Atriplicis ſpecies a floribus ſeiuncto, Embryo enim longe amplior fit, ex duobus foliis conſtans angulatis aut cordiformibus planis, ſemen ſubrotundum planum arcte complectentibus.* In noſtro frutice aliter ſe res habet, hic enim fructu ſaltem illo cordiformi prægnans, ſeminibus vero in calyce pentaphyllo latentibus deſtituitur & intra illa foliola flores quoque profert ſtamineos, in aliis Atriplicis ſpeciebus fructus hic cordiformis a floribus eſt ſeiunctus. Elegantiſſimus eſt frutex, & loca amat glareoſa circa fluvios & rivulos in Media prope urbem Ienſchi ſeu Hanſem floret Iulio. *Atriplex Cretica maritima erecta folio triangulari Tourn. Coroll.* nihil aliud eſt, quam *Atriplex maritima perennis folio deltoide triangulari*, quæ caules erectos & repentes profert. *Atriplex Græca, fruticoſa, humifuſa, Halimi folio* eſt *Halimus* II. *Clus.* ſeu *Portulaca marina fruticoſa* I. B. *Atriplex Orientalis fruteſcens folio ampliſſimo argenteo Tourn. Coroll.* eſt *Atriplex ſylveſtris folio haſtato ſeu deltoide Rai. Hiſt.* cuius folia inferne argentea inſtar foliorum Populi albæ, quam in Orientalibus regionibus frequentem obſervavi. Eſt & in multis Germaniæ locis frequens, hinc neſcio, cur hactenus fuerit neglecta & in omnibus plantarum catalogis nulla huius facta mentio.

Tab.

Tab. XXXI.

Fig. I.

Chenopodium maritimum, Sedi foliis teretibus.

EST *Kali parvum hirſutum* J. B. Fructus fert Chenopodii inſtar in ſingula folii ala ſingulum, tota planta glauca eſt. Figura Bauhini mala, meliorem ergo exhibemus.

Fig. II.

Chenopodium altiſſimum, foliis ſucculentis.

PLanta annua humanam interdum altitudinem aſſequitur, folia glauca, ſucculenta, uncialia aut longiora. Ramulum hic delineatum dedimus. An *Chenopodium Orientale, annuum, altiſſimum, Kali folio breviore & cæſio Tourn. Coroll.* Si eſt, neſcio cur dicat Tournefortius folio breviore. Circa Rodoſto ad ſepes mari vicinas.

Tab. XXXII.

Fig. I.

Dorycnium Orientale, latifolium, villoſum Tourn. Coroll.

MIhi videtur *Dorycnii Monſpelienſium Lobel.* varietas. Numerus foliorum vel ſegmentorum folii variat, Tabula Tournef. 211. ſeptem habet. J. Bauhinus inquit: *Folia ex intervallo terna, quaterna, ſena, ſine pediculis ramulis adhærent.* Quomodo itaque Index Hort. L. B. 37. pro nota Dorycnii ponit *folia in quinque ſegmenta ita ſecta,*

54887

ut quinque folia appareant? Nonnulli adhuc in illo Indice circa plantarum notas occurrunt errores, ut in Angelica, Imperatoria, Helianthemo quod triloculare facit, aliisque quos ſuis adnotabimus locis.

Fig. II.

Lotus minimus, ſiliquis Ornithopodii, flore rubello.

PLanta eſt annua, erecta, palmaris, non ramoſa. Folia ſemper quina coniuncta, quorum duo inferiora cauli auricularum ad inſtar appenſa ſuperiora tria magnitudine ſuperant. Floſculi ſingulatim poſiti purpuraſcentes aut plane albi. Siliquæ rotundæ, incurvæ, multis interceptæ nodis, uti in *Loto ſiliquis Ornithopodii* J. B. obſervamus. In collibus apricis gramineis circa Boſphorum prope Boiucteri.

Tab. XXXIII.

Lyſimachia ſpicata, purpurea minor.

HAbui hanc primo intuitu pro *Lyſimachia Orientali anguſtifolia, flore purpureo Tourn. Coroll.* Sed Commelinus in Plant. Rar. 33. deſcribit folia triuncialia, quæ & uti ex figura concludo ſinuoſa & varie flexa & ſpicam florum pedalem. Tota autem noſtra vix pedalis eſt, raro ramoſa & folia uncialia, quæ me dubitare & pro diverſa ſpecie hanc agnoſcere faciunt. Dedi figuram in naturali magnitudine plantæ circa inferiorem caulem abſciſſæ, quo omnis tollatur confuſio. Collecta in Mediæ pratis Julio. Quia de Lyſimachia agimus, in tranſitu monemus, perperam coniungi *Lyſimachiam bifoliam flore*

luteo

luteo globoſo C. B. & *Lyſimachiam luteam Pannonicam maiorem* H. Eyſt. in Ind. H. L. B. 202.

Tab. XXXIV.

Veronica pratenſis, omnium maxima.

Bipedalis planta eſt, cuius ſummam ſaltem partem figura noſtra ſiſtit, non ramoſa, erecta. Folia conſiſtentiæ ſimilis *Veronicæ pratenſi* ſeu *Chamædry ſpuriæ*, multo tamen maiora, longiora & latiora, profunde crenata. Ex horum alis naſcuntur pediculi, floribus onuſti cœruleis in quatuor ſegmenta anguſta diſſectis. Semen maturum non vidi, nec radicem. Creſcit in hortis montoſis gramineis circa Nicomediam.

Tab. XXXV.

Veronica erecta, Blattariae facie.

Radix perennis, digiti craſſitie profunde in terram deſcendens. Folia longa aliquoties inciſa, quorum quædam ſuper terram ſtrata ſinuoſa, inferiora coniugata, ſuperiora vero minora alternatim poſita. Caulis recta ſurgit more Blattariæ & ſuſtinet ſpicam florum maiorum amœne cæruleorum laxius diſpoſitorum. Specioſa hæc Veronicæ ſpecies, quæ cœteras huius generis omnes elegantia ſuperat, occurrit iuxta vias & agrorum margines in Armenia. Forſitan hanc intellexit Tournefortius in Corollario ſub nomine *Veronicæ Orientalis erectæ, Gentianellæ foliis.*

Tab.

Tab. XXXVI.

Veronica arvenſis annua, Chamaedryos folio.

ERecta eſt & longiora habet folia quam Chamædrys illa ſpuria vulgo dicta. Flores ſunt dilute cœrulei, perianthio longiſſime foliato cincti, quæ omnia bene exprimit figura. Inter ſegetes Cappadociæ Maio.

Tab. XXXVII.

Veronica ſpicata, flore albo.

FOlia latiora & breviora gerit, quam *Veronica ſpicata longifolia Tourn.* minus quoque crenata. Spica florum laxior, quorum ſtructura a reliquis Veronicæ ſpeciebus recedit, tubuloſi enim, incurvi, deinde ſuperius ampliati, in quatuor lacinias anguſtiſſimas, longas, varie inter ſe flexas abeunt. Hinc valde irregulares ſunt & multum favent methodo Rivini Veronicas monopetalis irregularibus accenſenti. Noſtra figura a planta ſicca deſumpta eſt, hinc tubi iſti florum incurvati non bene expreſſi, ſufficiat itaque illos ſaltim deſcripſiſſe. Obſervavi in montibus gramineis Iberiæ Iunio.

Tab. XXXVIII.

Veronica montana, folio vario.

MOdo creſcendi convenit cum *Chamædry ſpuria* ſive *Veronica pratenſi Rivini*, folia partim lata laciniata, partim anguſta. Flores ſatis magni, pallide cœrulei, quos ſequuntur capſulæ depreſſæ, pariter magnæ. In gramineis Armeniæ & Iberiæ locis Iunio.

Tab. XXXIX.

Fig. I.

Veronica Conſtantinopolitana incana, Chamædryos folio Tourn. Coroll.

DEnſis repit ceſpitibus & ſaxa glareasque obducit more Chamædryos. Folia incana in averſa inprimis parte, ſuperius enim color ſaturate viridis elucet. Cauliculi floriferi eriguntur, quomodo videmus in *Veronica officinarum* & florum color pallide cœruleus. In montibus ſcopuloſis Thraciæ circa Boſphorum primo ſtatim occurrit vere.

Fig. II.

Veronica Chia, Cymbalariæ folio, verna, flore albo, umbilico vireſcente Tourn. Coroll.

AD hortorum & ſepulchrorum margines tota occurrit hyeme.

Tab. XL.

Fig. I.

Veronica Orientalis, Hederæ terreſtris folio, flore albo Tourn. Coroll.

AD ſepes circa pagos prope fauces Ponti Euxini in Bithynia. Collegi quoque circa Amaſtriam.

Fig. II.

Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus, Chamedryos folio, maior.

DIffert a minore non ſolum partium omnium floris inprimis magnitudine, ſed & foliorum colore ſplendente viridi, qui in minore ſubglaucus. Flores eleganter cœrulei, ſtriati, caules quoque erectiores. Inter ſegetes circa Peram.

Tab. XLI.

Fig. I.

Veronica Chamædryos foliis parvis.

FRuticuli facie creſcit in plures circum circa diviſa ramos. Folia parva, rigida, obſcure viridia. Flores parvi, amœne cœrulei. Ramulum ex maioribus monſtrat figura noſtra. In Cappadociæ montoſis ad vinearum margines Maio.

Fig. II.

Veronica Orientalis minima, foliis laciniatis Tourn. Coroll.

REpit in montibus Cappadociæ & erigit flores cœruleos Iunio. Quæritur, quomodo *Veronica Orientalis Ocymi folio, flore minimo Tourn. Coroll.* differat a *Veronica minima Clinopodii minoris folio, glabra Bocc. Mus?* *Veronica repens Nummulariæ folio Dill. Cat.* eſt varietas *Veronicæ pratenſis Serpilli foliæ* C. B. *Veronica humilis erecta montana, flore parvo cœruleo Dill. Cat.* non

non differt a *Veronica floſculis cauliculis adhærentibus Mo-riſ.* niſi loco natali. *Veronica mas repens Pyrenaica, folio longiore, glabro Sch. Bot.* parum, uti ex figura Plukenetii Tab. 233. iudico, diverſa eſt a *Veronica officinarum.*

Tab. XLII.

Laſerpitium Orientale, Mei folio, flore luteo Tourn. Coroll.

RAdix nigricans, alte in terram demiſſa, plerumque ſimplex, ſuprema parte capillata, ſapore acri aromatico prædita. Folia per terram ſtrata tenuiſſima, Mei foliis ſimillima, qualia etiam cingunt caulem procerum, purpuraſcentem. Superiora prodeunt ex foliolo integro, luteſcente, vaginæ in modum complicato & caulem cingente. Similium foliorum integrorum corolla cingit quoque umbellam magnam ſingulosque eius radios, floribus luteis onuſtos. Figura noſtra exhibet ſummum caulem cum uno umbellæ radio, reliquis abſciſſis. Occurrit copioſe in montibus apricis Thraciæ circa Boſphorum.

Tab. XLIII.

Laſerpitium Orientale, foliis Seſeleos Maſſilienſis, flore luteo Tourn. Coroll.

NEc radicem ob feſtinationem, nec flores, qui iam emarcidi, videre contigit. Folia ſuperiora egrediuntur e vagina folii viridis, luteis ſtriis notati. Folia quaterna

cruciatim poſita ambiunt umbellam ſingulosque eius radios. Collegi in declivibus circa radices montis Olympi.

Tab. XLIV.

Laſerpitium arvenſe, Seſeleos pratenſis folio.

PLanta eſt annua, humilis & patula. Floſculi parvi, lutei. Semina Laſerpitii. Inter ſata Armeniæ Iunio.

Tab. XLV.

Ariſtolochia rotunda flore maximo.

IN Corollario Tournefortii occurrit *Ariſtolochia Chia longa, ſubhirſuta, folio oblongo, flore maximo.* Ab hac noſtra ſpecies differt radice rotunda maxima, foliis rotundis, longius diſſitis, florum quoque alia figura. Confer Itinerarium Tournefortii. Occurrit ad pagos circa montem Olympum Maio.

Tab. XLVI.

Chamænerion hirſutum, foliis alternis criſpis.

CAulis pedalis aut altior, foliis veſtitus crebris, ſurrectis, totum obtegentibus caulem, ſuperne obſcure viridibus, inferne incanis, circa oras ſinuatis & quaſi criſpis, alternatim poſitis. Flores parvi purpurei & ſiliquæ uti in aliis huius ſpeciebus. Occurrit in rivulis ex Olympo decurrentibus prope Pruſam.

Tab.

Tab. XLVII.

Fig. I.

Salicaria minima erecta, Nummulariæ folio.

PLanta exigua biuncialis, ex radice fibroſa albicante pronata. Folia rotunda, Nummulariæ foliis ſimilia, præterquam quod ſinuoſa. Flores parvi, purpurei, hexapetali, quos ſequuntur capſulæ oblongæ, ſeminibus oblongis exiguis refertæ. Capſulam huius uti & ſequentium ſimplicem ſaltem deprehendi. In ſcrobibus interpratenſibus, in quibus per hyemem aquæ ſtagnarunt, prope Boiuckeri ad viam quæ ducit ad Belgradum floret Iunio.

Fig. II.

Salicaria minima tenuifolia Tourn. Inſt.

ADdimus hanc, quia nondum bona proſtat figura. I. Bauhino dicitur *Hyſſopifolia minor vel potius Thymifolia maritima*. Unum ex his nominibus poſſet his plantis adaptari, multum enim differunt a *Salicaria vulgari*.

Fig. III.

Salicaria humifuſa foliis anguſtis.

REpit & terræ quaſi affixa hæret, in quo a præcedente differt. Differt quoque foliis brevioribus, læte viridibus, quæ in illa ſunt ſubglauca, ramoſior quoque & paucioribus floribus purpureis onuſta. Creſcit in a-

renoſis regionis Aſtrakan Septembri. Forſitan eſt *Polygonum fruticans ſupinum, maioribus foliis Hiſpanicum Barrel. Icon.* 716. uti ex floribus ibi appoſitis colligo.

Tab. XLVIII.

Pentaphylloides Orientale erectum, Pimpinellæ folio & facie Tourn. Coroll.

DE hoc præter flores luteos nihil monere poſſum, cætera monſtrat figura. Creſcit in ſaxis Armeniæ.

Tab. XLIX.

Fig. I.

Pentaphylloides repens, foliis pinnatis.

FOlia huic glabra, interdum bifida, flores pallide lutei. In agris glareoſis Cappadociæ Iunio. An *Pentaphylloides Orientale ſupinum foliis alatis, bifidis vel trifidis Tourn. Coroll.*

Fig. II.

Pentaphylloides repens foliis quaternis, prope caulem alatis.

PEr terram repit & nunquam erigitur, niſi ab aliis plantis ſuſtentatum. Folia conſtanter quaterna, quorum ſuperiora valde anguſta & profunde laciniata, inferne ſubincana. Flores aurei ex quinque petalis cordatis conflati. In locis gramineis apricis Armeniæ. Iunio. *Pentaphyllum paluſtre rubrum, craſſis & villoſis foliis, Suecicum & Hybernicum Pluk.* Tab. CCXII. nil aliud eſt,

quam

quam *Quinquefolium paluſtre rubrum* C. B. in locis Septentrionalibus, uti & aliæ plantæ, multo lætius creſcens quam in calidioribus. *Pentaphyllum Alpinum minus, ſupinum, foliis tenuioribus, altius ſerratis glabris Pluk.* Tab. CVI. eſt *Pentaphylloides ſupinum* I. B. quicquid dicat Plukenetius, nam hoc etiam non repit, ſed humi duntaxat diffuſum eſt, nec incanum. *Quinquefolium Orientale villoſiſſimum humi fuſum* & *Quinquefolium Orientale rectum luteum incanum Tourn. Coroll.* ſuſpecta mihi videntur. *Trifolium* N*orwegicum maius ſurrectum foliis crenatis, flore luteo Barth. Act.* Hafn. eſt *Pentaphylloides erectum* F*ragariæ folio Moris.* regionibus Septentrionalibus valde familiare. Eadem etiam cum hoc planta *Fragariæ affinis Spitzbergenſis* D. *Martens. Itiner.* cuius Itinerarii novas plantas ſic ad antiquas refero. *Aloefolia florum capitulis rotundis* eſt *Aloe paluſtris ſeu Stratiotes Dod.* frigidiſſimarum reregionum incola, huius novas plantulas pro florum capitulis habuit Autor. *Sedum minimum vermiculatum, purpureum Spitzbergenſe* eſt *Sedum paluſtre purpureum* C. B. *Vincæ per vincæ ſimilis herba Spitzbergenſis* eſt *Chamæpericlymenum Raii. Biſtorta minor Spitzbergenſis* eſt *Biſtorta Alpina minor* C. B. quæ plantæ paſſim in terris Septentrionalibus proveniunt.

Tab. L.

Fig. I.

Gramen loliaceum ſpurium, ſpica craſſiore, ariſtata.

PErtinet ad *Gramina ſpicata, ſpica ſimplici, loliacea, ſpuria Scheuchz. Agroſt.* p. 42. Noſtrum tamen

in

in hoc differt, quod glumæ illæ binæ calycis vice ſungentes duos amplectantur folliculos, in quorum ſingulo ſemen triticeum. Glumæ muticæ arcte adhærent folliculis, quorum ſingulus in ariſtam rigidam, varie tortam, craſſam deſinit, quales duæ ariſtæ etiam reliquis maiores ſummam coronant ſpicam. Radix eſt fibroſa, culmi ſemper reclives. In montibus apricis Iberiæ Iulio. Conveni huius Graminis ſpica cum *Gramine dactylo maximo Americano* H. R. P. uti ex Figura Pluk. T. CXC. videre eſt.

Fig. II.

Gramen ſecalinum paluſtre & maritimum Rai. Synops.

DEſcriptionem huius vide in Scheuchz. Agroſtogr. 18. Plukenetius T. XXXII. profert *Gramen hordeaceum a maritimis pumilum*, & ſynonymon allegat hoc Raii Gramen, ſed figura minime reſpondet. Videtur potius eſſe *Gramen ſpicatum, durioribus & craſſioribus locuſtis, ſpica brevi Tourn. Inſt.* immaturum adhuc.

Fig. III.

Gramen triticeum, ſpica latiore compacta, ariſtatum.

RAdix repens, culmi reclives, folia anguſta, locuſtæ denſe poſitæ, quarum omnes glumæ ariſtatæ. Glumæ calycis anguſtæ pariter ariſtatæ. In collibus apricis Iberiæ collegi Iunio.

Tab.

Tab. LI.

Gramen triticeum maritimum, ſpica longisſima, divulſa.

IN inſulis Byzantio vicinis tota reperitur æſtate. Ad Gramina triticea perperam refert *Gramen caninum maritimum ſpicatum C. B. Pr.* & *Gramen canarium longius radicatum latiore panicula* I. B. Index H. L. 156. in quo Indice non adeo bene diſpoſita ſunt Gramina, & Autor videtur parum in Hiſtoria Graminum eſſe verſatus.

Tab. LII.

Gramen hordeaceum, ſpica ariſtis longisſimis circumvallata Scheuchz. Agroſt.

Fig. I.

DEſcribitur a Scheuchz. Agroſt. 20. elegans hoc Gramen, cuius Figuram hic tradere volui. Occurrit in montoſis circa Boſphorum ſpica longe graciliore, quam quod hic delineatum & in Iberia collectum, an ſolum varietas, an vero diverſa ſpecies determinare nequeo, Conſtantinopolitanum enim in itinere perdidi. Docebit hoc melius accuratiſſimus Agroſtographus Scheuchzerus, ad quem Gramina hæc tranſmiſi. Quæritur an *Gramen Orientale ſpicatum, ariſtis longiſſimis donatum Tourn. Inſt?* Ego quin ſit nullus dubito.

Fig. II.

Gramen ſecalinum, ſemine avenaceo.

HUius ſpica mihi viſa fuit Secali ſimilis, ſemen longum avenaceo ſimile, ſpica maturitate cum ſemine nigricat. In agris Inſulæ Chalcidis occurrit Iulio.

Tab. LIII.

Gramen paniculatum maritimum vulgatisſimum Rai. Syn.

DEſcribit hoc Raius Synops. 259. pertinet ad Claſſem Graminum, quæ *in Scheuchzeri Agroſt.* incipiunt a pag. 716. in locis maritimis frequens. Figura nondum extitit.

Tab. LIV.

Cyperoides humile, latifolium, ſpicis craſſis viridibus.

PErtinet ad Claſſem Cyperoidum I. Agroſt. Scheuchz. quorum ſpica unica caſſa ſeu florifera in ſummitate culmi poſita. Folia arundinacea, rigida, ſquamæ ſpicarum in acutos rigidos mucrones deſinentes. In paluſtribus montoſis Armeniæ Iulio.

Tab. LV.

Fig. I.

Cyperus humilis, ſpicis brevibus rotundis, conglomeratis.

RAdix fibroſa. Culmus triangulus foliis ad dimidium veſtitus. Capitulum ex quatuor vel quinque

ſpicis

ſpicis rotundis, ex ſquamis brevibus rigidis compoſitis conflatum, cui folia plura ternis, quinque vel ſex communiter ſunt ſubiecta. Totam plantam Figura exhibet, quæ conſertim naſcitur in ſcrobibus exſiccatis Mediæ Auguſto.

Fig. II.

Cyperus humilis, panicula ſpadicea ramoſa.

RAdix fibroſa. Folia culmum inferius cingentia anguſta. Panicula in ſummo ramoſa, ſpadicea, quatuor ſuſtentata foliolis. Proliſer quaſi eſt, una enim ſpica intra foliola ſeſſilis, circa quam egrediuntur pediculi ramoſi ſpiciferi. Simile fere huic *Gramen Cyperoides Madraspatanum, Iuncelli Geſneri capitulis parvis Pluk.* Tab CXIX. noſtrum tamen diverſum foliis tam culmi quam paniculæ latioribus.

Tab. LVI.

Fig. I.

Agaricus barbatus flaveſcens.

ADnaſcitur caſtaneis mollis & ſpongioſus, interior ſubſtantia albicans, ſuperficies vero tota innumeris aculeis concavis inſtar Fungi erinacei, multo tamen longioribus flaveſcentibus cingitur. Cordiformis fere figuræ & barbam aliquatenus refert, hinc nomen barbati imponere placuit. In Thracia prope pagum Belgrad collegi Autumno.

Fig. II.

Agaricus gelatinoſus, parte prona erinaceus.

NOti ſunt Agarici lamellati, poroſi & utrisque deſtituti, qui vocantur membranacei. Hic exhibemus aliam Agarici ſpeciem, quæ loco lamellarum aut pororum appendiculis aculeatis inſtar linguæ vitulinæ exaſperatur, & *Fungum Erinaceum I. B.* iuniorem refert. Color eſt dilute cœruleus aut purpuraſcens, antiquarum Alnorum truncis adnaſcitur Autumno.

Tab. LVII.

Fig. I.

Fungus erinaceus parvus in conis Abietis deiectis naſcens.

FUſcus eſt & hirſutus, cuius pediculus non in medium inſeritur capitulum, ſed in margine, ſpinulæ molles albicantes loco lamellarum ſub capitulo prominent. Occurrit in conis deiectis Abietis rubræ Auctumno.

Fig. II.

Fungus parvus albus ex conis Abietis deiectis naſcens.

INtra ſquamas putreſcentis coni ex media coſta, cui ſquamæ adhærent, provenit ex multis radiculis fibroſis albis, deinde ſecundum ſquamæ tractum flexus, quando ex illa exit, ſe erigit, totus albus & tener, creberrimis ſubtus inſtructus lamellis. Quæ lamellæ non ſtatim circa

oras

oras capituli incipiunt, ſed marginem aliquem relinquunt, nec terminantur in pediculum & triplicis ſunt magnitudinis. Color capituli interdum ſubfuſcus, ut & in pediculo. Tortuoſus nonnunquam radicibus uncialibus aut longioribus inſtruitur, quæ tamen in cono terra operto radicantur. Occurrit paſſim Auguſto.

Tab. LVIII.

Lycoperdon magnum globoſum, pulpa granulata, radice craſſa.

RAdix ſolida, lutea, multis ſoveis nigricante mucore repletis diſtincta, inferius in ramos ſpongioſos & tandem in reticulum deſinit. Huic radici inſiſtit globus magnus, coloris nigricantis fuſco permixti, valde ſordidus, cuius pulpa, ſi nempe iunior, tota ex granis albicantibus, materia mucida nigra fusco colore digitos inficiente turgidis, conſtat. Fatiſcit tandem in pulverem more reliquorum Lycoperdorum, ſolidiorem tamen & magis compactum, qui quadantenus pulverem ſternutatorium Hiſpanicum in pyxide adhuc compreſſum refert. Sub arena primo latet, uti Tubera, deinde prorumpit & cum parte radicis eminet. Scrobium arenoſarum margines amat Octobri. Collegi prope Aſtracanum, occurrit etiam in Ingria.

Tab. LIX.

Fig. I.

Fucus racemum Uvæ referens.

PAlmaris eſt longitudinis, cauliculis rotundis, quorum rami ſimplices ſeu in nullos alios ſubdiviſi, conſtans,

 his

his ſine ordine adhærent apophyſes tenuiori pediculo inſtar verrucarum penſilium ſuſtentatæ, racemos Uvæ ſine baccis optime repræſentantes. Color totius plantæ ex flavo albicans. In littore Propontidis a mari reiectum collegi.

Fig. II.

Fucus teretifolius, globulis obſitus.

SPithamalis hic & altior in ramos diviſus, nunc ſimplices nunc ſubdiviſos, rotundos & acuminatos, crebris tuberculis ſeu verrucis obſitos, color ex viridi & purpureo mixtus. In littus maris eiicitur circa Heracleam, ubi & copioſe reperitur *Opuntia marina I. B.* ex qua novum Opuntioidis genus conſtituit Index H. L. B. quod adnumerat Lithophytis, notasque facit naturam fragilem duram. Quam ego vidi Opuntiam marinam mollis erat & herbacea, niſi quod interdum ipſi adhærebat materia alba cruſtacea, uti in aliis quoque Fucis, vetuſtis inprimis, obſervamus, quos tamen ideo non referimus ad Lithophyta. Ab omnibus hactenus Botanicis inter plantas ſubmarinas conſiſtentiæ mollioris & herbaceæ fuit recenſita, imo Cluſius inquit: *Credibile eſt, hanc plantam recentem cum aceto, ſale & oleo non minus ſuaviter edi poſſe, quam Portulacæ marinæ & ſimilium folia.* Quomodo hæc cum Natura fragili dura conveniant non video. Multum inter ſe differunt Fuci, hinc nullam huius plantarum generis definitionem dare potuit Tournefortius. Poſſent ad normam Opuntioidis ad plura revocari genera, ſic poſſet fieri *Quercoides*, *Lactucoides*, *Cuſcutoides*, *Ericoides*, & multa alia. Sed tot nova genera maiorem dabunt confuſionem, quam ſi ſub recepto

hactenus

hactenus Fuci genere relinquantur. Forſitan hæc tolletur difficultas, quando Marſillius Plantarum ſubmarinarum Methodum a floribus ipſarum deſumptam vulgabit.

Fig. III.

Fucus racemum Uvæ referens minor.

FUſcus eſt. Ramuli non ſunt quaſi abſciſſi, uti in maiore, ſed in obtuſos terminantur apices.

Tab. LX.

Muſcus marinus botryoides.

Fig. I.

SAxis maritimis riguis adnaſcitur magnitudine hic depicta, pediculo nigricante rigido, ſtatim in aliquot caules abeunte. Caules denſe ſtipant ramuli craſſi breves, confertim naſcentes & quaſi abſciſſi, in racemos congeſti, qui obiter intuentem ſeminum ſpecie decipiunt. Hinc incertus ſum, anne hunc intellexerit D. Robinſon apud Raium in Synopſi nomine *Muſci Coralloidis, ramoſiſſimi, polyſpermi*. Qui adſcribit vaſcula ſeminalia ſecundum ramulos creberrima, rotunda, ſed nulla ſunt vaſcula, verum apices ramulorum obtuſi. Occurrit in Inſula Chalcide.

Fig. II.

Alga criſpa Scabioſa rubra & pallida I. B.

HUius accuratam hic damus figuram, quæ hactenus defuit.

Fig.

Fig. III.

Fucus humilis rubens, ſegmentis latis & anguſtis.

FOliis latioribus planis appenduntur alia anguſtiora, & tandem in plures minores lacinias ſectus evadit tenuiſſimus & cirroſus. Mihi videtur eſſe deſcriptus a Raio, ſed locum nunc reperire nequeo.

Tab. LXI.

Fig. I.

Lichen hepaticus, pediculis gramineis.

COnvenit hic foliis cum vulgari Hepatica fontana, loco vero ſtellularum profert pediculos ſaltem virides, varie flexos, ex theca foliacea prodeuntes, quos iures eſſe Gramina aut iuniora Porri foliola. Ad margines ſcrobium & fontium.

Fig. II.

Lichen hepaticus, capitulis quadrifidis.

FOliis præcedenti ſimilis pediculos profert pallidos, ſuſtinentes capitula primo rotunda, quæ deinde finduntur in quatuor partes, quarum quælibet *Lichenem fructu Orobi C. Bauhini* refert, pariter quoque in lanuginem viridem pulverulentam fatiſcunt. In foliorum ſuperficie quoque cernuntur valvulæ quædam ſemilunares granulis ſubluteis lenticularibus repletæ. Circa Peram ad margines rivulorum, qua itur ad St. Stephanum.

Fig.

Fig. III.

Lichen ſaxatilis nigricans, Lactucæ folio.

CRuſtæ modo pleraque ſui parte adhæret ſaxis, oræ tamen eriguntur, ſtriis multis ceu venis notatæ. Recens mollis eſt & ad *Lichenem gelatinoſum Dood. Rai. Hiſt.* accedit, in ſaxis Thraciæ vere.

Fig. IV.

Lichen terreſtris minor ſeminifer.

ET hic præcedentibus ſimilis, niſi quod minor & inter Gramina repens. In huius extremitatibus obſervantur capſulæ triangulares, ſpadiceæ, ipſis foliolis adnatæ, quæ globulum rotundum, non uti in reliquis in lanuginem pulverulentam abeuntem, ſed conſiſtentiæ firmioris continent. Circa Conſtantinopolin Februario.

Tab. LXII.

Muſcus capillaceus maior, pediculo & capitulo craſſioribus Tourn. Inſt.

ANtequam ad alios minus cognitos progredimur Muſcos, de hoc vulgari quædam monenda ſunt. Fuit hic variis diſtractus nominibus, quæ ſingula recenſebimus. Si cauliculi maiores & longiores, eſt *Muſcus ſcoparius udorum Belgii & Friſiæ Orientalis ſectator Lob.* quem perperam Flora Ienens. & Cat. Hall. ſeparant, ceu ſpecie diverſum. Raro hic producit capitula, & ſi capitula huic intermixta reperiuntur, cauliculis brevibus inſident. Optimam huius figuram dedit Plumierius. Noſtra

figura prima exhibet quando in locis ſiccioribus provenit, tunc folia glauca, humilior & brevior, quem vocat *Adianthum aureum medium in ericetis proveniens Mus. Pet. Moriſono* eſt *Muſcus coronatus medius, pileolo villoſo, tenuiore Hiſt. Ox.* qui iuniorem delineat. Monſtroſe ſæpiſſime degenerat, & calycem inſtar ſtellæ expanſum interdum rubrum refert, ſic eſt *Muſcus capillaris, floribus in apice coccineis, expanſis Ind. H. L.* 21. Bœrhavius tanquam elegantes laudat flores, & ipſis Muſci characteribus inſeruit. *Flores* inquit, *vix unquam apparent, niſi una forte ab aliis diſtincta valde ſpecie.* Videri poſſunt in fig. 3. Ex hoc calyce monſtroſo ſurgit interdum novus cauliculus eque hoc rurſus alius, ita ut nonnunquam quatuor concurrant, tunc eſt *Muſcus capillaceus ſtellaris prolifer Tourn. Inſt.* vid. Fig. 4 Occurrit quoque frequenter in uliginoſis foliis brevioribus, læte viridibus, cauliculis albicantibus, adſpectu cæteris elegantior, tunc eſt *Muſcus paluſtris, flagellis erectis, luteolis, raro diviſis, capitulis oblongis Adianthi Moris.* Qui ſi ramoſus, ex calyce monſtroſo duo egrediuntur cauliculi. Figura proſtat apud Moriſonium, quæ a planta minus recenti deſumpta. Addam & ego novam varietatem, pediculis tortuoſis & inflexis, quod figura I. exprimit. De calycibus illis monſtroſis tenendum, quod aliis quoque Muſci ſpeciebus ſimile quid contingat, quod & obſervavit Raius. Optandum foret, ut omnes plantarum periti Muſcos diligenter conferant & examinent, ego enim credo, plus quam dimidiam partem in Catalogis plantarum recenſitorum eſſe fictam & ſolum varietates, mirum enim, quantum pro diverſo anni tempore & loco natali variant. Catalogorum autem Compilatores nonniſi numero ſtudent, & quo

plu-

plures poſſunt recenſere plantarum ſpecies, eo meliorem credunt librum. Laborat hoc vitio quoque Catalogus plantarum circa Halam Saxonum a me quondam editus. Omnes vero ſuperat Helwingius in Flora Quaſimod & Suppl. Fl. Pruſſicæ. In quo libro hic ſaltem adnoto errorem, quem circa *Cannabinam Tourn. Coroll.* habet, putat enim, eſſe eandem cum *Cannabi ſterili vulgari.*

Tab. XLIII.

Fig. I.

Muſcus Adianthi aurei facie, humilis, capitulo rotundo turgido, calyptra villoſa incana.

FOlia huius incana, pediculi rubri. In Saxis riguis circa Boſphorum.

Fig. II.

Muſcus Adianthi aurei facie, humilis, capitulo longisſimo erecto, inferius turgido.

FOlia viridia. Capitulum longiſſimum, ſubrubrum, multis crenis ab apice dehiſcens, cuius calyptra iam erat delapſa, collegi cum præcedente vere.

Fig. III.

Muſcus Adiantho aureo ſimilis, minor.

FOlia Adianthi, ſed caules teneriores. Pediculi longi, ſuſtinentes capitula anguſtiora multo quam in Adiantho, obſcure quadrangula. Sylvas amat umbroſas.

Fig. IV.

Muſcus capillaris, foliis anguſtis, capitulis reflexis longiſſimis.

FOlia huius longa & anguſta, criſpata, capitula cum parte pediculi reflexa. In ſcopulis udis.

Tab. LXIV.

Fig. I.

Muſcus minimus, latifolius, capitulis erectis, turgidis.

PEdiculi lutei. Capitula ſubrotunda, quorum calyptra brevis & incurva. Folia ſtellatim diſpoſita. In gramineis vere.

Fig. II.

Muſcus minimus latifolius, capitulis erectis longioribus.

DIffert a præcedente cum quo foliis convenit, capitulis gracilioribus, longioribus, calyptra longa erecta cinctis. Cum præcedente.

Fig. III.

Muſcus terreſtris minimus foliis pennatim diſpoſitis.

CAuliculi foliis acutis pennatis denſis cincti per terram repunt. Ex horum alis proveniunt pediculi aurei, ſuſtinentes capitula erecta, calyptra acutiſſima tecta, Cum præcedente.

Fig.

Fig. IV.

Muſcus minimus foliis acutis, in pilum caneſcentem deſinentibus.

FOlia circa cauliculum ſtellatim poſita, ex latiori principio acuta, & tandem in pilum abeuntia. Ex cauliculis ſummis egrediuntur pediculi ex luteo virides, ſuſtinentes capitula longa erecta, calyptra involuta, quæ maturitate fit falcata. Cum præcedentibus.

Tab. LXV.

Muſcus ſtellaris ramoſus, paluſtris, pediculo aureo erecto, capitulo magno ſphærico Vernon. Rai. Synops.

HUius cauliculorum extremitates & ex antiquis exaridis primo vere prodeuntes conſtant ex foliolis conglobatis pallide luteis in ſpicam diſpoſitis, ſucceſſu deinde temporis in ſtellæ formam explicantur & quaſi disco nigricante donantur, ut non inepte a D. Vernon Flori Solis comparetur. Erumpunt poſtea ad huius latera cauliculi novi tenues inferius foliis acutis læte viridibus veſtiti, ſuperius vero nudi, ſulphure ſaltem viridi, varios aculeos formante, digitis facile detergibili adſperſi, qui poſtmodum ramoſi evadunt, ex multis ſcilicet ramulis nudis fili tenuioris craſſitie compoſiti. Æſtate vero ſuccedente exareſcunt & novi ſequentis anni ramuli ad latera eorum erumpunt. Varie hinc ludit & incautis pro diverſis ſpeciebus imponit. Figuras hic adieci-

 mus

mus omnium varietatum. Fig. I. eſt cum capitulis. Figura II. eſt monſtroſus ſeu floridus. Fig. III. eſt cum cauliculis ſulphuriferis. Fig. IV. eſt facies eius autumnalis.

ADDENDA.

Tab. I.

Echioidis ſpecies eſſe poteſt *Symphytum ſive Pulmonaria non maculata, foliis glabris, Americanum, flore patulo, cœruleo Pluk.* T. CCXXVII. Figura enim floris excepto perianthio cum noſtro convenit.

Tab. IX.

Kali ſpinoſum cochleatum Sinicum, in ſabuloſis provenient locis Pluk. Amalth. non diverſum a *Kali ſpinoſo*, uti ex ipſa deſcriptione patet.

Tab. XXII.

Helleborus niger Orientalis, ampliſſimo folio, caule præalto, flore purpuraſcente Tourn. Coroll. mihi videtur ſolum varietas *Hellebori nigri vulgaris, flore viridi vel herbaceo, radice diuturna I. B.* floris enim colore viridi albeſcente & purpuraſcente variantem deprehendi in Thracia & Bithynia, variat quoque foliorum anguſtia & caulium

caulium altitudine. In regionibus autem calidioribus hæ plantæ hyemales lætius creſcunt, quam in frigidis.

Tab. XXIII.

Cuſcuta Cretica, floribus & capitulis minimis Tourn. Coroll. eſt varietas.

Tab. XXX.

Atriplex ſylveſtris Mori fructu C. B. P. a Ruppio in Fl. Ien. vocatur *Morocarpus*, quod nomen melius ſonat, quam *Chenopodio Morus Ind. H. L. B.* uti & *Pſevdo Chamæpytys* & *Myriophyllum Rivini* & *Stratiotes Dod.* præferenda ſunt *Ruyſchianæ*, *Hottoniæ* & *Aloidi*. Raii *Corallina*, Tournefortii *Lithophyton* & Hermanni *Scolymocephalus* iam nota ſunt plantarum nomina, quid itaque opus eſt de novo facere *Keratophyta*, *Titano Kerathophyta*, *Lepidocarpodendron*, *Conocarpodendron* & *Hypophyllo carpodendron*. Optime enim monet Præfatio modo dicti Indicis H. L. B. *Nihil peius arti accidere, quam id quod quotidie evenit, ut quilibet Auctor plantæ diu deſcriptæ atque bene denominatæ novum iterum abſque fructu, abſque ulla neceſſitate nomen imponat.*

Tab. XXXI. *Fig.* II.

Chenopodium latifolium minus ramoſum, florum petiolis longiſſimis, ex foliorum alis confertim naſcentibus Cat, Hal. eſt *Atriplex vulgaris, ſinuata, ſpicata Plot.* apud Raium in Hiſt. 198.

Tab. XXX.

Lyſimachia ſpicata purpurea minor eſt eadem cum *Lyſimachia Orientali anguſtifolia flore purpureo Tourn. Coroll.* Commelinus deſcribit in horto pronatam, ubi magis luxurians Sylveſtri.

Tab. XLI. F*ig. II.*

Veronica montana R*iv. Irr. Mon.* pertinet ad *Veronicam floſculis cauliculis adhærentibus Moris. Veronica cœrulea hirſutior, foliis fere ternis circa caulem ambientibus Pluk* eſt varietas *ſpicatæ Veronicæ. Veronica pratenſis Nummulariæ folio flore cœruleo Sch. Bot.* eſt *Veronica pratenſis Serpillifolia* C B P

INDEX.

	pag.
Agaricus	35, 36.
Alga	39.
Ariſtolochia	28.
Atriplex	19, 46.
Blattaria	14.
Camphorata	18, 19.
Cardamine	5.
Chamænerion	28.
Chenopodium	21, 47.
Cucullaria	13.
Cuſcuta	15, 46.
Cyperoides	34.
Cyperus	34, 35.
Dorycnium	21.
Echioides	1, 46.
Fucus	37, 40.
Fungus	36.
Galeopſis	4.
Gramen	31, 34.
Iſatis.	3, 4.
Kali	7---13, 46.
Laſerpitium	27, 28.
Lepidium	17.
Lichen	40, 41.
Linaria	15--17.
Lotus	22.
Lycoperdon.	37.
Lyſimachia	22, 47.
Muſcus	41---46.
—— —— marinus	39.
Myagrum	3.
Pedicularis	5.
Pentaphylloides	30.
Salicaria	29.
Salicornia	6, 7.
Sinapiſtrum	6.
Smilax	18.
Thlaſpi	2.
Trollius	15.
Veronica	23---27, 47.



fig: 1.



fig: 2.




fig: 1.





fig: 2.















fig: 2.



fig: 1.



1



2




fig: 1.



fig: 2.








fig: 1.




fig: 2.










fig: 1.



fig: 2.





1




2


Cent. I. TAB. XX.











Cent. I. TAB. XXV.









fig: 1.



fig: 2.








fig: 2



fig: 1



fig: 1.




fig: 2.













Cent. I. TAB. XXXIX.




fig: 1

fig: 2

Cent. I. TAB. XL.



fig: 1




fig: 2



fig: 2.




fig: 1.




Cent. I. TAB. XLIII



Cent. I. TAB. XLIV.



Cent. I. TAB. XLV.





Cent. I. TAB. XLVII.




fig: 1.



fig: 2.



fig: 3.

Cent. I. TAB. XLVIII.







fig: 1



fig: 2

Cent. I. TAB. L.









fig:1.

fig:2.








fig: 2.

fig: 1.

Cent. I. TAB. LVI.



fig:2.



fig:1.




fig: 1.



fig: 2.

Cent. I. TAB. LVIII.






fig: 2.



fig: 1.



fig: 3.



fig: 3.



fig: 1.



fig: 2.



fig: 1.



fig: 2.



fig. 4.



fig. 3.



fig: 4.



fig : 1



fig: 3



fig: 2.

Cent I TAB. LXIII



fig: 1.



fig: 2.




fig: 4.



fig: 3.



fig: 2.



fig: 4.



fig: 1.



fig: 3.



fig: 1.



fig: 4.



fig: 2.



fig: 3.

PLANTARUM MINUS COGNITARUM

CENTURIA II.

compleƈtens

PLANTAS CIRCA BYZANTIUM

&

IN ORIENTE OBSERVATAS.

Per

J. C. Buxbaum, Acad. Scient. Socium.

PETROPOLI,
EX TYPOGRAPHIA ACADEMIAE.
cIↃ IↃcc XXVIII.

Tab. I.

Fig. I.

Muſcus capillaceus, capitulis pyriformibus tubuloſis.

DEnſis naſcitur ceſpitibus. Cauliculi breves, foliis veſtiti longis anguſtis, in tenues mucrones abeuntibus. Ex his egrediuntur pediculi Adiantho aureo ſimiles, quadantenus tortuoſi, ſplendentes, inferiore ſui parte dilutius, ſuperiore vero ſaturatius purpurei, qui expanduntur in tubum pyriformem luteum vel purpuraſcentem, hic in ſummitate alio tubulo anguſto lineam dimidiam plus minus longo, in oris levi-

ter radiato coronatur. Collegi primo ad radices Caucaſi prope Derbentum, poſtea etiam reperi in Ingria circa Kalinkam.

Fig. II.

Muſcus Filicinus maior C. B. P.

Retulit hunc ad Muſcos ſteriles Raius Hiſt. 112. poſtea capitula proferre obſervavit Petiver Suppl. 27. Hic habes delineatum cum capitulis inventu rarioribus. Egrediuntur vero iſta capitula reflexa, tumida & brevia, petiolis purpureis inſidentia, nuda, e vaginis ex foliis acutis pellucidis conflatis & ſuperficiei foliorum circa caules medios adnatis. Capitulum maturum eleganter in plures dehiſcit partes. Quinque, ſex vel plures ſimul naſcuntur. Cum hoc idem *Muſcus ramoſus repens, veluti ſpicatus C. B.* Spicæ enim iſtæ nihil aliud ſunt, quam folia nova nondum explicata. Adnotavit hoc iam Ruppius Fl. Ien. Recenſetur nihilominus ceu diverſa ſpecies ab Auctoribus, qui vel alium intelligunt, vel neſciunt quid ſcribant. Sic & Moriſoni figura eſt alterius Muſci terreſtris varietas, quam alio deſcribemus loco.

Fig. III.

Muſcus ſtellaris roſeus C. B. P.

Huius figuram ſatis bonam iam habet Loeſel. Fl. Pruſſ. Raius Hiſt. accenſet Muſcis ſterilibus. Volckam. Fl. Nor. 294. inquit: *Nulla parit ſemina nec floſculos.* Aſt ego reperi cum capitulis elegantiſſimis oblongis, pendulis, pediculis aureis ex medio ſtellæ egredientibus

entibus ſuſtentatis. Calyptra brevis parum acuminata. Muſcus eſt omnibus fere in ſylvis frequens, cum capitulis collegi in Inſula Baſilii. Hic etiam ſæpius intra foliola expanſa diſcum quendam acquirit & florem mentitur.

Fig. IV

Muſcus Filicifolius ſive pennatus minor, pinnulis plurimis ad mediam coſtam adnexis Rai. Suppl.

HUius elegantis Muſci figuram, qua hactenus caruimus, hic adnectere placuit.

Tab. II.

Fig. I.

Muſcus ramoſus repens ſpicatus.

DE hoc ſupra ſub Muſco Filicino egimus, hic damus figuram, quo omnis tollatur confuſio. Figura Lœſelii Fl. Pruſſ. 44. non eſt *Muſci Filicini maioris C. B.* uti vult Breynius in Præfat. ad Fl. Quas. ſed *minoris*. Quia mentionem fecimus Lœſelii Floræ Pruſſicæ, non abs re erit, quædam in illa corrigere. *Glaux aquatica folio ſubrotundo Lœs.* eſt *Alſine paluſtris minor Serpillifolia C. B.* ex qua novum *Portulæ* genus fecit Dill. App. Recte quærit Breynius, an ſit *Glaux paluſtris flore ſtriato, clauſo Tourn. Inſt.* eſſe enim cognovi ex plantis ſiccis D. Des-

 Chiſſaux

Chiſſaux *Ophris monophyllos bulboſa Lœſ.* eſt *Monorchis Ophioglosſoides unifolia Pruſſiæ Menz.* non *Chamæorchis lilifolia C. B.* uti vult Breynius, niſi forſitan illa *Chamæorchis* Monorchidis Menzelii ſit ſynonymon, de quo dubito, Botanici enim ceu diverſas proferunt ſpecies & Ind. H. L. B. palmatis adnumerat Orchidibus. *Pſevdo-orchis monophyllos Cluſii* eadem eſt cum *Menzelii Monorchide*, uti patet ex deſcriptione. Lœſelii figura deſumpta eſt a planta in ſemine iam conſtituta & antiquiore, hinc a Menzelii diverſa videtur. *Spergula biſolia*, *Lini capitulis Lœſ.* eſt *Linum pratenſe floſculis exiguis C. B.* cum quo ſi eadem planta *Alſine minor Lini capitulis C. B.* uti Breynius habet in Præf. errarunt Botanici hactenus, qui ceu diverſam recenſuerunt ſpeciem. Raius putat eſſe eandem cum *Alſine minori multicauli C. B.* cui ego adſtipulor. *Polygonum foliis gramineis Spergulæ capitulis Lœſ.* eſt *Spergula purpurea I. B.* *Polygonum foliis gramineis alterum Lœſ.* eſt *Alſine paluſtris tenuiſſimis foliis Rai.* quam in Fl. Quaſ. nomine *Alſines nodoſæ Germanicæ* recenſet Helwing.

Fig. II.

Muſcus ſtellaris minimus, pediculis breviſſimis, capitulis turgidis.

FOlia latiuſcula congeſta acuminata. Pediculi breves, ſuſtinentes capitula ovata, erecta, calyptra brevi acuta cincta. In gramineis circa Conſtantinopolim vere

Fig.

Fig. III.

Muſcus ſtellaris minor, capitulis longiſſimis, foliis latioribus.

LÆte viridis eſt. Pediculi lutei ſuſtinent capitula inter hos exiguos Muſcos longiſſima, brevi acuta calyptra coronata. Cum præcedente.

Fig. IV.

Muſcus ſtellaris minor, capitulis longiſſimis, foliis anguſtis.

DIffert ſolum a præcedente foliis multo anguſtioribus cætera conveniunt. Cum priore.

Fig. V.

Muſcus ſtellaris humilis, capitulis pendulis.

PEdiculi egrediuntur ex cauliculis foliis latiuſculis cinctis. Reliqua monſtrat figura. Cum præcedentibus.

Fig. VI.

Muſcus minimus capitulis pendulis, pennatus.

FOliola pennatim diſpoſita, per terram ſtrata. Pediculi aurei capitula ovata turgida ſuſtinentes. In paſcuis Thraciæ vere.

Fig. *V*II.

Muſcus capillaris, capitulis rotundis, anguſtifolius.

OCcurrit cum præcedente.

Fig. *V*III.

Muſcus capillaris, capitulis tenuiſſimis erectis.

FOlia cauliculorum anguſta, pallida. Pediculi lutei capitula ſuſtinentes gracilia, calyptra acuta involuta. Cum prioribus collegi vere, occurrit etiam circa Lappulam in Ingria.

Fig. IX.

Muſcus capillaris, capitulis erectis lageniformibus.

CApitula parvam lagenam ſeu Cucurbitam lagenariam figura imitantur, qua nota ab aliis abunde diſtinguitur.

Tab. III.

Muſcus ſaxatilis repens, coma ſparſa C. B. Pr.

HIc Muſcus alias vulgatiſſimus, hactenus a Botanicis neglecto C. B. nomine, variis diſtractus eſt nominibus

nibus. In ſaxis udis & ubi aquæ ſtagnant ſine capitulis Fig. I.
naſcentem deſcripſit Bauhinus. Videtur hunc habere Raius pro *Muſco terreſtri & hortenſi I. B.* ſed alium videtur innuere deſcriptio Bauhini, de quo alibi agemus. Interim non negandum, & hunc ſub nomine Muſci terreſtris & hortenſis intelligi poſſe a Bauhino, nam ſub nomine Muſci terreſtris vulgaris Antiquos plures Muscorum comprehendere ſpecies certum eſt, quia aliorum vulgarium ubique obviorum nulla reliquerunt nomina, quos omnes habuerunt pro Muſco terreſtri vulgari. Quando in pratis aut ſylvis umbroſis humidis creſcit, cauliculos erigit & in pediculis aureis ex foliorum alis enatis capitula fert oblonga erecta, calyptra acuta cincta, tunc eſt *Muſcus ramoſus paluſtris maior, foliis membranaceis acutis D. Vernon.* Rai. Suppl. Antequam acquirit capitula, eſt Fig. II.
Muſcus paluſtris valde ramoſus, ſurculis erectioribus, foliolis in tenues & longos mucrones productis Rai. *Synops.* Cau- Fig. III.
liculorum erectorum ſummitates conglobantur in quasdam ſpicas, tunc eſt *Hypnum repens paluſtre, foliis triangularibus, per caules expanſis, extremitatibus convolutis & acuminatis Dill. Cat.* Quando aquis immergitur, eſt Fig. IV.
Hypnum erectum aut fluitans, aquaticum, foliis oblongis peranguſtis, acutis Dill. Cat. in aqua enim foliis variat, hinc & non ſeparo. *Hypnum paluſtre erectum prælongum, minus ramoſum, latioribus & triangularibus foliis Dill. Cat.* in quo plures adhuc huius Muſci recenſitæ videntur varietates, quas certe determinare nequeo. Huc pertinet quoque *Muſcus terreſtris, tenuioribus foliis, ceſpitoſus, varius Ind. H. L. B.* In pratis æſtate exſiccatis luteſcit & quaſi lanuginoſus evadit, & tunc videtur eſſe *Muſcus terreſtris vulgari ſimilis lanuginoſus Rai. Syn.* quo forſitan

&

& referendum *Hypnum repens luteo-virens paluſtre, minus, criſpum & brevius Dill. Cat.*

Tab. IV.

Fig. I.

Muſcus capillaceus, foliis pallidis, pediculis pluribus ex communi theca egredientibus.

FOlia pallide viridia criſpa. Pediculi virides ex theca foliorum plures ſimul egredientes. Capitula erecta calyptra acuta coronata. In Ericetis.

Fig. II.

Muſcus capillaceus aphyllos, capitulo craſſo, bivalvi.

HIc omnibus deſtitutus foliis ex baſi rotunda villoſa, quaſi fungoſa, brevi, ceu ex theca prodit pediculo ſemunciali vel paulo altiore, coloris ex fuſco purpurei, craſſiore multo quam Adianthi aurei pediculus. Huic inſidet capitulum recurvum, ex duabus valvis compoſitum ſecundum longitudinem dehiſcentibus, quarum inferior teres, ſuperior vero magis depreſſa, in unguem brevem deſinit, globulo ſulphureo viridante fœtum. Ad ripas Wolgæ non longe ab Aſtracano collegi Non obſcure hic Muſcus refert receptaculum tubuli terrei, ex quo Tabaci fumus hauritur, ex ligno tornatum, quale Germanis in uſu eſſe ſolet, qui vocant *Pfeiffen-Futteral.* Diu dubius hæſi circa hunc Muſcum a reliquis multum diverſum, anne novum inde conſtituerem genus. Reperi deinde in

Com-

Comment. Acad. Reg. Sc. Par. 1713. Marchantium in honorem Patris Lichenem petræum C. B. appellare Marchantiam. Huius ad exemplum & ego a Patre meo volui mutuare nomen. Sed venit mihi in mentem vulpes, qui deridebatur ab aliis, quod uvas non pro ſe ſed pro ægrota poſceret matre.

Fig. III.

Muſcus capillaris capitulis longioribus, inflexis.

FOlia latiuſcula læte viridia. Capitula longa infle-ctuntur, quod figura monſtrat.

Fig. IV.

Muſcus capillaris maior, capitulis turgidis.

FOlia acuta caules cingentia unciales & altiores, ex quibus egrediuntur pediculi toti lutei, craſſi, ſuſtinentes capitula craſſa ſubrotunda, brevi calyptra acuta luteſcente coronata. Omnes hos collegi in Thracia.

Tab. V.

Fig. I.

Lichen petræus, capitulis ſtellatis craſſis, pediculis brevibus inſidentibus.

DIffert a *Lichene petræo ſtellato* C. B. foliis minoribus, capitulis craſſis, quinque aut ſex crenis mi-

nus profunde inciſis, & quod umbellis & ſcyphis careat. Circa aquæductus in Thracia.

Fig. II.

Lichen ſaxatilis corniculatus, tuberculis albis obſitus, minus ramoſus.

COncavus eſt. Creſcit in ſcopulis maritimis & circa Boſphorum.

Fig. III.

Lichen coralloides aculeatus, nigricans.

IN montoſis denſe naſcitur, ſiccus, quaſi aculeatus & ſolidus eſt, non concavus, hinc idem cum hoc videtur *Muſcus montanus fuſcus, ramoſiſſimus, non tubuloſus D. Vernon. Rai. Syn.*

Fig. IV.

Lichen coralloides aculeatus, nigricans, parvus, repens.

DIffert a præcedente, quod humilior & minus denſe inter alios naſcatur Muſcos. Ambos collegi in montibus aridis circa Boſphorum.

Fig. V.

Lichen terreſtris minor, foliis Rutæ.

FOliis Rutæ comparo ob faciem & ob colorem ſubglaucum. In circulum repit eleganti adſpectu, folia in medio ſunt carinata. In gramineis aridis circa Peram, vidi & circa Aſtracanum.

Tab.

Tab. VI.

Fig. I.

Lichen terreſtris foliis Eryngii.

BAſis huius plerumque dilute coccinea eſt, albo permixta hinc ſurgunt cauliculi multoties ſe interſecantes & ſibi invicem adnaſcentes, ut magnum conſtituant faſciculum late terræ ſuperficiem inſtar ceſpitis occupantem. Latitudo valde variat. Margines ſpinis ſunt obſiti, quod inprimis in ſicco obſervatur, quippe ubi rigidior, & plerumque convolvuntur atque mediantibus brevibus columnis fili linei craſſitie colligantur & quaſi conſuuntur, ut cavitatem inſtar vaginæ efficiant. Explicantur hi cauliculi in ramos latos foliorum Eryngii æmulos, diviſura interdum cornua alcis referentes, quibus menſe Maio accreſcunt peltæ, inſtar *Lichenis terreſtris cinerei Rai.* unguibus purpuraſcentibus inſtructæ. Familiaris eſt pinaſtretis arenoſis aridis. Eſt *Muſcus Islandicus purgans Barthol.* Rai. Hiſt. Iunior aliam plane habet faciem & pro diverſa ſpecie incautis imponit, hinc etiam delineare curavimus. Facit etiam huius mentionem Ruppius Fl. Ien. Idem quoque cum noſtro videtur *Muſcus montanus coriaceus, ramulis inordinate diſpoſitis Vernon. Rai. Synops.*

Tab. VII.

Fig. I.

Lichen arboreus levcomelanos, ramulis altera parte anthracinis, alterà candidiſſimis Pluk. Alm. Bot.

COnvenit fere cum Muſco arboreo ramoſo I. B. Sed elegantia & diviſione tenuiore multum differt. Amat Fagos & Caſtaneas, Betulis quoque non infrequens, obſervavi in Thracia, poſtea quoque in Ingria circa Harawaldam. In uliginoſis circa Petropolin alia occurrit ſpecies aut varietas, dubius enim ſum, parum diviſa & ſupina parte rugoſa cinere quaſi reſperſa. Vid. Fig. II.

Fig. III.

Lichen pulmonarius ſaxatilis tenuiter laciniatus, elegantis ſulphurei coloris Scheuchz.

HUius figuram profert Scheuchz. It. VII. p. 14. ſed non vidit elegantes ſcyphos ſpadiceos ſplendentes, quibus ſuperbit. In Iuniperis collegi cum ſcutis, alias & repit in ſaxis & collibus glareoſis, ſed ſinè ſcutis. Quod ſæpius de Muſcis notavimus; hoc & de Lichenis ſpeciebus notandum, quæ ſine neceſſitate multiplicantur a Botanicis. Nihil nunc dicam de Lichene pyxidato, de quo alio agam loco. De aliis ſaltem quædam mone-

bo.

bo. Tournefortius ex *Lichene terreſtri vulgari* Rai. VI. fecit ſpecies. *Lichenoides tubuloſum cinereum, ramoſum & cruſtaceum. Lichenoides tubuloſum, cinereum, valde cruſtaceum, ramulis crebrioribus ex acetabulis enaſcentibus. Lichenoides ſaxatile, cruſta folioſa, tenuiter & eleganter diſſecta, ſcutellis exilibus, ex luteo miniati coloris. Lichenoides arboreum platyphyllum, ſcutellatum, cinereo vireſcens, ſegmentis anguſtioribus, circa margines criſpis. Lichenoides peltatum, terreſtre, vireſcens, foliorum ſuperficie verrucoſa* Dill. Cat. ſunt varietates *Muſci terreſtris coralloidis, cornibus ruſeſcentibus* C. B. *Lichenis colore flaveſcente* & *Lichenis pulmonarii cinerei mollioris, in amplas lacinias diviſi Tourn.* & *Lichenis terreſtris cinerei Rai.* Ex Muſco cruſtæ modo arboribus adnaſcente cinereo Rai. Hiſt. tres novas produxit ſpecies Ind. H. L. B. Nam *Lichen cruſtæ modo aſſeribus adnaſcens, latior, mollior, vix vaſculoſus, cinereus, roſeus & eleganter variegatus ex roſeo albo nigreſcente*, ideo non ſunt diverſæ ſpecies, quamvis naſcantur in aſſeribus & colore ludant. *Lichen, qui Muſco* Fungus *terreſtris minor criſpus, foliis ſuperne e flavo vireſcentibus, inferne albicantibus Moris.* Ind. H. L. B. eſt baſis Lichenis pyxidati omniumque eius varietatum, non diverſa ſpecies. *Lichen arboreus varius magnitudine, ramis, foliis, colore, ex variis arboribus lectus hyeme ſæviſſima* Ind. H. L. B. quid ſit, quis poteſt dicere? Plures enim intelligere videtur ſpecies ſub uno nomine. Forſitan putat varietates Muſci arborei ramoſi I. B. & Lichenis cinerei capillaceo folio Tourn. Inſt. Ad Lichenes quoque pertinent, uti ex Rupp. Fl. Ien. & Dill. Cat. patet, *Funguli minuti Muſco innati Mentz.* quos Index H. L. B. perperam

 ſub

ſub Fungis recenſet. *Muſcus arboreus, vulgari ſimilis, Maderaſpatanus* Pluk. Amath. quomodo a noſtro differat non video. Huius notæ etiam eſt *Muſcus Lichenoides cruſtæ modo adnaſcens maior cinereus, ex Florida.* Varietates quoque ſunt *Lichen terreſtris cinereus, marginibus criſpis. Lichen petræus acetabuli forma, maior & verrucoſus. Lichen cinereus, marginibus fimbriatis, tenerior, ſine orbiculis Cat. Hall. Lichen capillaceus, ſetæ equinæ inſtar rigidus, ex fuſco virens Cat. Hall.* eſt *Muſcus capillaceus ſaxatilis niger noſtratium ſive Muſcus trichomelanos, filamentis tenuiſſimis e rimis ſaxorum dependentibus Pluk. Amalth. Lichen arboreus villoſus brevior Cat. Hall.*. eſt *Uſnea officinarum* C. B. magnitudine varie ludens, cuius pariter varietas eſt *Muſco Fungus arboreus Norwegicus cinereus, foliis capillaceis tenuiſſimis Moris.* H. O. huius figuram dabimus alio loco. *Lichen ſaxatilis amplioribus & elegantiſſimis ſcyphis* Fl. Ien. eſt. *Muſcus cruſtaceus leproſus, ſcutis nigricantibus* Mus. Pet. Recenſet Helwingius in Suppl. Fl. Pruſſ. *Lichenem petræum minimum, capitulo Adianthi.* Dicit hunc capitula ferre inſtar Muſci capillacei, mihi videtur eſſe deceptus a Muſco quodam intra illum Lichenem naſcente, quod ſæpius contingit. *Lichen pulmonarius cinereus mollior, in anguſtiores lacinias diviſus Suppl. Fl. Pruſſ.* eſt inutile nomen, Fibræ corticis putridi ſunt *Lichen ſubterraneus CCLII.* eiusdem Suppl. Fl. Pruſſ. 43.

Tab. VIII.

Fig. I.

Fucus humilis carnoſus, marginibus multis tuberculis nigricantibus obſitis.

VIſcidus eſt & craſſus, coloris ex viridi nigricantis, ramulis Filicinorum more egredientibus ſenſim attenuatis. Totus circa margines ſcatet tuberculis nigris ſplendentibus rotundis, tot veſiculas referentibus. In littore inſulæ Principum Auguſto adhæret ſcopulis ſubmerſis. Ab hoc parum differt ſequens.

Fig. II.

Fucus humilis carnoſus, marginibus tuberculoſis varie inciſis.

HIc eleganter laciniatus in ramulos multo teneriores terminatur. Forſitan ſolum varietas, loco tamen diverſo collegi in Inſula Proti.

Fig. III.

Fucus humilis, roſtrum ſerræ piſcis referens.

COlor huic plantulæ arenaceus, margines ſpinulis innoxiis obſiti. Similem deſcribit Marſiglius in ſic dicta Hiſtoria maris, cui eſt *Muſcus Spinoſus* Tab. XI. ramoſum tamen dicit & rubrum.

Fig. IV.

Fig. IV.

Fucus humilis nigricans, marginibus laciniatis.

PRæcedenti fere ſimilis, niſi quod margines interdum ſpinulis armati, interdum varie inciſi. Occurrit cum præcedente in littore Propontidis prope Heracleam.

Tab. IX.

Fig. I.

Fucus rubens, fibroſus, craſſior.

FRuticem foliis orbum refert, hinc neſcio an ſit *Fucus radicibus arborum fibroſis ſimilis Rai. Syn.* in ſcopulis Boſphori fluctibus obrutis.

Fig. II.

Muſcus marinus coralloides, ramulis brevibus, pennatim diſpoſitis.

COlore albo, nigricante & ruſo variat, in plures diviſus ramos, ex quorum lateribus exeunt ramuli breves, alternatim poſiti, obtuſi. Inter reiectamenta maris paſſim circa Chalcedoniam inprimis collegi. Huic ſimilis, ſi non idem, *Muſcus marinus geniculatus, eburneo nitore candicans, erectus, caulibus pennatis* Pluk. T. 47. fig. 7.

Fig. III.

Fucus teres, villis quaqua verſum obductus Dood. Rai. Syn.

APud Raium invenies deſcriptionem, hic habes figuram. collegi prope Nicomediam.

fig. IV.

Fig. IV.

Fucus teretifolius viridis, cornu cervi diviſura, apicibus acutis.

AN *Fucus marinus parvus, teretifolius, Olivæ conditæ colore D. Vernon Rai. Suppl.* in Inſula Principum. *Fucus niger vermiculatus & viſcoſus. Fucus anguſtifolius fruticans, atro purpureus. Fucus latifolius albicans criſpus, piloſus. Fucus fruticans tenuifolius, atropurpureus Iuſs. in Barral.* ſunt varietates *Fuci folliculacei, foliis Abrotani C. B.* quas in una ſæpe planta obſervavi. Nec ſeparandi a modo dicto Fuco foliis Abrotani, quod patet ex deſcriptione I. Bauhini, *Fucus criſpus virens & gilvo-luteus. Fucus criſpus loricatus nigricans. Fucus criſpus niger tenuifolius Iuſs. l. c.* ubi nonnullis adnatæ ſunt Corallinæ ſeu Muſci marini tenui capillo I. B. uti ex figuris Barralieri videre eſt. Muſco marino tenui capillo I. B. ſimiles quoque *Corallina criſtata minima. Corallina minima bifida. Corallina minima fœniculacea. Corallina minima criſpa albida Iuſſ. in Barr.* quæ non ſine confuſione tot diſcerpuntur nominibus. *Fucus criſpus niger, craſſo & grumoſo caule Iuſs. in Barral.* eſt *Corallina fruticoſa nodoſa, Abrotani folio Tourn. Inſt.* uti monſtrat figura I. Bauhini. *Fucus Creticus Lactucæ folio ſeſquipedali & bipedali Tourn. Coroll.* non differt a vulgari niſi magnitudine. *Conferva marina tubuloſa Dill. App. & Conferva tubuloſa maior, inteſtinum referens Cat. Hall. ſunt Fucus tubuloſus, inteſtinorum forma Tourn. Inſt. Muſcus marinus capillaceus, niger Ind. H. L. B.* an diverſus ſit a *Muſco capillaceo multifido folio C. B.* dubito.

Tab. X.

Limonium ceſpitoſum, foliis aculeatis.

RAdix craſſa nigricans, ex qua plures cauliculi non ramoſi quatenus foliis veſtiuntur anguſtis, in rigidum aculeum abeuntibus; ſuperius nudi & in ramos more congenerum diviſi, ſecundum quorum longitudinem inſident flores amœne purpurei. In deſertis Mediæ intra Hanſem & Schamachiam Iulio. *Limonium maritimum maius C.B.P.* magnitudine multum variat, hinc pro diverſa ſpecie non habeo *Limonium maximum, folio longiſſimo Rai. Suppl.* Recenſet Tournefortius in Coroll. *Limonium Orientale Plantaginis folio, floribus umbellatis.* Figuram huius dat Ind. H. L. B. ſed longe elegantior reperitur in Icon. Pariſinis in maxima forma nondum vulgatis, quas poſſidet Bibliotheca Imperatoris, appellatur ibi *Limonium Luſitanicum foliis lanceolatis.* In iſtis Iconibus elegantiſſimis reperi quoque plantam, quæ dicitur *Borrago Cretica, floribus violaceis.* Hæc eſt *Bugloſſum Orientale erectum, foliis undulatis, flore amœne cæruleo Tourn. Coroll.* quod perperam refertur ad Borraginem. Si eadem planta eſt *Borrago Cretica floribus violaceis Icon. Rob.* in 4to, male adducitur ceu ſynonymon *Bugloſſi annui, pullo flore, minimi, veſicarii Rai.* H. a Plukenetio in Almag.

Tab. XI.

Tab. XI.

Valeriana Orientalis, Alliariæ folio, flore albo Tourn. Coroll.

EXacte reſpondet deſcriptioni *Valerianæ Alpinæ, foliis integris, radice repente inodora Rai. Hiſt.* hinc non ſeparanda. Folia inferiora magnitudine valde variant, hinc huius ſaltem varietas quoque exiſtimanda eſt *Valeriana maxima Pyrenaica Cacaliæ folio D. Fagon. Tourn. Inſt.* Figuram huius exhibet Pluk. T. 232. ſed non videtur genuina, folia enim diviſa Valerianæ latifoliæ ſunt, non Cacaliæ. Noſtra figura præſtat, nam Barralieri quoque figura peſſima eſt. *Valeriana Orientalis Siſymbrii Mathioli folio Tourn. Coroll.* nihil aliud eſt, quam *Valeriana paluſtris minor C. B. P.* quæ copioſe in uliginoſis Armeniæ pratis creſcit. *Valeriana Orientalis anguſtifolia, floribus & radice Valerianæ hortenſis Tourn. Coroll.* non differt a *Valeriana hortenſi*, niſi cultura. Immerito quoque in duas dividitur ſpecies *Valeriana paluſtris minor C. B. P.* propter flores maiores & minores, ex uno quippe progerminat ſemine. *Valeriana ſylveſtris maior C. B. P.* & *Valeriana paluſtris maior C. B. P.* una ſunt planta, foliis varians, quo & ſpectat *Valeriana ſylveſtris maior, altera, folio lucido* H. R. P.

Tab. XII.

Fig. I.

Saliunca.

DEſcribitur & delineatur a I. Bauhino aliisque poſt ipſum Botanicis *Nardus ſive Saliunca Neapolita-*

 na

na, ſed ſolum radicem & folia ſine flore fructuque exhibent. Collegi plantam in Armenia, quam, uti ex figura iudico, eandem cenſeo cum *Saliunca I. B.* cuius quum peculiaris ſit character, merito novum conſtituit genus & Saliuncæ nomen retinet. Sunt autem Saliuncæ notæ: Flores monopetali, anomali, bilabiati, quorum labium ſuperius latum & erectum, levi crena diviſum, inferius vero bifidum usque ad tubum inciſum. Sequuntur hos flores fructus oblongi, depreſſe rotundi, acuminati, duri, quaſi oſſei, quorum ſingulus duos continet nucleos oblongos. Adde, quod caules ferat nullos, præter pediculos flores & fructus ſuſtinentes. Radix nigricat, folia prona parte incana, florum color eſt cæruleus aut purpuro-cœruleus. Raro occurrit flores gerens, nam plerumque propagatur per flagella, quæ undique emittit, & ſi caules floriferi adſunt, inter folia ita occultantur, ut nonniſi diductis poſſint conſpici foliis. Fructum duplici quamvis nucleo fœtum pro uno ſemine nudo habeo, quale quid etiam obſervatur in Xanthio.

Fig. II.

Telephioides Tourn. Coroll.

OPtime hanc plantam *Telephio legitimo Imperati* comparat Tournefortius, modo enim creſcendi accurate illi reſpondet. Errat vero, quod fructum in ſex loculamenta dicat diviſum, tricapſularis enim eſt & in ſingula capſula duo continentur ſemina arcte iuncta & totam capſulæ implentia cavitatem. Tournefortius fructum vidit immaturum, quem in medio diſſecans ex ſex ſeminibus ſex fecit loculamenta. Tricapſularem eſſe externa quoque monſtrat figura Tithymali fructui ſimilis. Obſervavi

primo

primo in monte Olympo, deinde in Media. In hortis ſatum faciem mutat, erigitur nempe & valde ramoſa evadit planta. Videtur iam eſſe deſcripta a Boccon. Muſ. cuius *Glaux procumbens Myrti Tarentinæ foliis* eſſe videtur, ſed quia Bocconis Muſæum ad manus non eſt, certi quid ſtatuere nequeo. Habet huius ſpeciem Hort. Malab. T. X. T. 27. ubi dicitur *Niruri*, hæc poteſt vocari *Telephioides Indicum maius, foliis mollibus, ſubtus cinereis.*

Tab. XIII.

Fig. I.

Pulmonaria annua, foliis Echii Scorpioidis, flore violaceo.

EX radice parva fibroſa, caulis prodit ſingularis, foliis veſtitus viridibus, parum hirſutis, qualia ſunt Echii Scorpioidis maioris. Flores in umbella diſpoſiti amœne cœrulei. Inter virgulta vinearum circa Rodoſto primo vere.

Fig. II.

Pulmonaria Chia, Echii folio verrucoſo, calyce veſicario, flore albo Tourn. Coroll.

AD aggeres viarum prope Rodoſto. Multos de ſe ſpargit ramos reclives, quorum unum hic delineatum damus.

Tab. XIV.

Symphytum humile, foliis anguſtis incanis.

RAdix nigra aliquot emittit caules erectos, non ramoſos, quorum unum figura noſtra præbet. Flores obſolete cœrulei ſtriati. An *Symphytum Orientale anguſtifolium, flore cœruleo Tourn. Coroll?* Ad vias montoſas aridas in Iberia Iunio.

Tab. XV.

Fig. I.

Jacea tenuifolia erecta maior.

FLores fert purpureos, calycibus ſquamatis in breves aculeos deſinentibus, ſubluteis, inſtar veſicæ inflatis, ventricoſis cinctos. Radix craſſa perennis. In locis ſqualidis Mediæ Iulio. An *Stœbe tenuifolia, erectior, Hiſpanica Barr. Icon.* 359.

Fig. II.

Jacea erecta minor, latioribus foliis.

FLoribus purpureis & ſquamis veſicariis cum præcedente convenit, a qua differt parvitate & foliis latioribus, obſcure viridibus. Collegi cum præcedente.

Tab. XVI.

Fig. I.

Jacea lutea erecta, foliis integris incanis.

IIsdem creſcit locis cum præcedentibus.

Fig.

Fig. II.

Bellis minor ſupina, paluſtris.

RAdix tenuis fibroſa, ex qua cauliculi duo, tres ſive plures intra folia per terram ſtrata naſcuntur, ad mediam partem reclives, in ſummo vero erecti, foliis duobus ſive tribus crenatis cincti. In ſummo flos flori Bellidis ſylveſtris minoris ſimilis, ſed minor. In locis ericetorum paluſtribus ab aquis hyemalibus adhuc irrigatis in Thracia primo ſtatim provenit vere. An *Bellis Cretica fontana omnium minima Tourn. Coroll*?

Tab. XVII.

Conyza ſaxatilis, folio Filaginis.

RAdix craſſa nigricans. Caulis & folia incana tomento obducta, ex quorum alis egrediuntur flores lutei, brevibus inſidentes petiolis. Pars plantæ ſumma iam erat depaſta, hinc magnitudinem determinare non potui, nam inferior ſaltem pars delineata hic exhibetur. In ſcopulis Olympi Auguſto collegi. Quæritur, an *Conyza Cretica fruticoſa, folio molli candidiſſimo & tomentoſo Tourn. Coroll* ?

Tab. XVIII.

Fig. I.

Conyza minor cinerea, floribus magnis.

GRegatim naſcitur ex radice parva fibroſa. Folia anguſta, incana, cinere quaſi conſperſa. Conſiderari autem inprimis merentur flores, quorum quinque

vel

ve' ſex magni quinque crenis inſtar ſtellæ expanſis profunde inciſi, aurei, in uno capitulo ſaltem ſunt, calyce ſquamoſo argenteo cincti. Circa mare Caſpium prope Baku locis ſalſis Auguſto floret. Raius Conyzas vocat plantas floribus radiatis foliis glutinoſis, quas Tournefortius Aſteribus adnumerat, quem ego ſequor. Index H. L. B. confundit & Conyzis adiungit *Conyzam cœruleam acrem* C. B. P. *Conyzam aquaticam laciniatam* C. B. P. & *Aſterem paluſtrem, parvo flore globoſo Tourn. Inſt.* quem ſupra pro ſynonymo *Conyzæ cœruleæ* C. B. P. perperam protulerat. Quomodo hæc cum titulo conveniant, non video.

Fig. II.

Dens Leonis montanus, foliis gramineis.

COnvenit cum *Dente Leonis montano anguſtifolio Rai Syn.* radice craſſa nigricante & modo naſcendi. Differt vero foliis gramineis anguſtiſſimis, minus incanis, ſed læte viridibus. In montoſis gramineis Iberiæ Iulio. Ex ſpeciebus Dentis Leonis ceu varietates eliminari poſſunt. *Dens Leonis Aſphodeli bulbulis, foliis glabris. Dens Leonis Orientalis, tenuiſſime diviſus, tomentoſus & incanus. Dens Leonis Græcus, foliis Eryſimi craſſis & lucentibus Tourn. Coroll.* His adnumerandæ tertia & quarta ſpecies Inſt.

Tab.

Tab. XIX.

Ptarmica Orientalis, foliis Tanaceti incanis, flore aureo Tourn. Coroll.

AD glareoſos margines rivulorum in Iberia Iulio. Huius varietates *Ptarmica Orientalis, foliis Tanaceti incanis; ſemifloſculis florum pallide luteis* & *Ptarmica Orientalis, foliis Tanaceti incanis, ſemifloſculis florum brevioribus Tourn. Coroll.* ubi etiam tertia & quinta ſpecies varietatibus adnumerandæ.

Tab. XX.

Buphtalmum Orientale, Tanaceti folio ampliore, flore magno cocci-neo Tourn. Coroll.

HUius varietates ſunt duæ ſeqüentes ſpecies in dicto Corollario; his adde & ſpeciem ſecundam, quæ varietas primæ. De voce illa ſpecioſa Orientalis, qua ad nauſeam fere ſuperbit Tournefortius, moneo, quod mihi minus conveniens viſa fuerit, hinc omnibus modis ab illa abſtinui. Obſervavi enim agrum Byzantinum proferre plantas plerasque Botanici Monspelienſis & Pannonicas Cluſii. Mons Olympus & Cappadociæ iuga plantas plerasque Alpinas gignunt. Armeniam & Georgiam Italiæ, Mediæ vero deſerta cum Hiſpaniæ deſertis easdem plantas alere obſervavi. Quid itaque opus ſesquipedalibus illis verbis Conſtantinopolitanus, Bithy-

nicus, Cappadocicus, Ponticus, Orientalis, quæ ſaltem confuſioni anſam præbent, imperiti enim credunt non provenire in aliis regionihus & ab exteris allata habentur pro aliis, in noſtra licet creſcant terra. Sic pro planta Malabarica exhibetur *Cannabis noſtra*, *Melilotus vulgaris* & *Tribulus aquaticus C. B.* in Hort. Malab. quæ quia ex oris Malabaricis erant allata, deceptus eſt Commelinus, qui in notis Tribulum aquaticum habet pro *Hedera*, quemadmodum etiam Perſicariam vocat *Liſymachiam Indicam*, *Salicis oblongo folio*, *flore albo ſpicato*. Neſcio, cur diverſa ſit a noſtro Anetho planta, *Anethum noſtrati conveniens Maderaspatanum Pluk. Amalth.* Eiusdem notæ ſunt *Aſter Cheuſanenſis*, *Tripolii noſtratis æmulus & forte idem*. *Chenopodium Sinenſe noſtrati ſimile, ſed minus*. *Chamæciſtus flore albo vulgari ſimilis ex Inſula Crocodilorum*. *Filix florida ſ. Osmunda noſtrati ſimilis ex Inſula Cheuſan Pluk. Amalth.* ubi plures reperies, quæ omnes a noſtratibus non videntur diſtinctæ niſi loco natali.

Tab. XXI.

Scorzonera Luſitanica gramineo folio, flore pallide luteo Tourn. Inſt.

PUto a Tourneförtio noſtram intelligi, quam reperi circa Peram in vineis. An huc pertineat *Scorzonera foliis gramineis Scher.* Ind. H. L. B. dubius ſum. Ibi enim quæritur, „an ſit *Scorzonera anguſtifolia elatior Pannonica IV. Clus.* quæ flores fert purpuro-cœruleos.

Tab. XXII.

Scorzonera pratenſis, foliis laciniatis glabris.

FOlia huic varia laciniis nunc anguſtioribus nunc latioribus inciſa, obſcure viridia, per terram ſtrata. Radix nigricans, digitum craſſa. Caules reclives flores aliquot ſuſtinentes luteos. In pratis Armeniæ ad ripas Araxis Iunio.

Tab. XXIII.

Tithymalus humilis, foliis Lapathi.

RAdix magna tuberoſa fuſca, ex qua nulli egrediuntur caules præter illos, qui flores fructumque ferunt aphylli & folia viridia ſinuata inſtar Lapathi coſta purpurea ipſorum medium percurrente, quo colore etiam gaudent pediculi. Cauliculi floriferi pariter purpurei, nullis foliis veſtiti, niſi quatuor minoribus, ubi pediculi florum exeunt. Iu horum ſingulo unus flos quinque petalis inſtructus, viridis, cum ſtaminibus purpureis & duobus ſubiectis foliolis viridibus. Fructus hirſutus tricapſularis. Vidi elegantiſſimam hanc Tithymali ſpeciem in horto Pharmacopœi Conſtantinopoli, qui radices Ægypto allatas plantaverat. Vocabat ille Scammoneum & fortiter purgare referebat.

Tab. XXIV.

Tithymalus ſylvaticus Citri foliis.

MOdo creſcendi convenit cum *Tithymalo ſylvatico toto anno folia retinente* I. B. a quo & dubius adhuc

ſeparo. Differt foliis craſſis, latiſſimis, obtuſis, carnoſis, ſuperne obſcure viridibus, ſplendentibus, inferne pubeſcentibus. De modo nominato I. B. Tithymalo confuſos deprehendo Moriſonium & Plukenetium in Phyt. Index H. L. B. bis ponit, primo ceu ſynonymon *Tithymali Charac. amygdaloidis C. B. P.* Secundo adiungit *Tithymalo ſylvatico lunato flore C. B. P.* Varietates huius ſunt *Tithymalus Amygdaloides maior tortuoſo caule Barr. Ic.* 839. & *Tithymalus Amygdaloides minimus glaber Barr. Ic.* 829.

Tab. XXV.

Tithymalus incanus hirſutus C. B. P.

De hoc quoque dubios deprehendo Botanicos. Raius quærit, an ſit *Tithymalus Characias lanuginoſus Moris.* quem ſcribit provenire in ſylvis, unde Raius ſuſpicatur eſſe eundem cum *Tithymalo ſylvatico I. B.* ſed fallitur. Hic habes figuram Tithymali, qui reſpondet deſcriptioni Bot. Monſp. cui eſt *Tithymalus Characias pratenſis hirſutus.* Provenit in ſylvis gramineis circa margines vinearum umbroſas, in pratis montanis inter frutices tota æſtate. In Thracia reperi. *Tithymalus paluſtris villoſus, mollior, erectus Barr. Ic.* 885. diverſus a noſtro demonſtrante hoc figura, propius accedit *Tithymalus nemoroſus, villoſus, mollior Barr.* 198. foliis enim magis vel minus incanis variat.

Tab.

Tab. XXVI.

Tithymalus fruticoſus, Salicis folio.

BIpedalis planta & altior, foliis longis Salicis fere, obſcure viridibus, glabris veſtita. Flores lutei a foliis viridibus ſuſtentati. In Media circa pagos Iulio.

Tab. XXVII.

Fig. I.

Tithymalus maritimus, foliis acutis, cinereis, pinguibus.

AN *Tithymalus marinus acuto Lini folio Barr. Ic.* 831? cuius figura quoad folia ſuperiora florum petiolis ſubiecta, quæ reliquis latiora, noſtræ reſpondet. Flores lutei exigui. Fructus cum foliis ſubiectis cinereus. Caulis ruber. Radix perennis. In littore Propontidis qua itur Pruſam. Nullam facit mentionem Barrallierus coloris glauci & coniectura noſtra ſolo loco natali nititur. Si eadem planta cum noſtra, ſynonymon eſſe nequit *Tithymalus Amygdaloides anguſtifolius Tab.*

Fig. II.

Tithymalus Orientalis Anacampſerotis folio, flore magno criſtato Tourn. Coroll.

MUltos de ſe ſpargit ramos reclives, quorum exiguum hic in figura damus. Occurrit in Cappadociæ montoſis Iunio. Huius varietas eſt *Tithymalus Orientalis Anacampſerotis folio tenuiſſime ſerrato, flo-*

 re

re minori non criſtato Tourn. Coroll. Tithymalus Græcus, Helioſcopius, maximus, foliis eleganter crenatis Tourn. Coroll. eſt varietas *Helioſcopii vulgaris* circa foſſas frequens, ubi valde luxuriat.

Tab. XXVIII.

Fig. I.

Ruta Orientalis, Linariæ folio, flore parvo Tourn. Coroll.

FLores fert pentapetalos luteos & capſulas quinqueloculares, luteo pariter colore inſignitas. In deſertis Mediæ Auguſto.

Fig. II.

Ruta montana, foliis integris ſubrotundis.

DIffert a præcedente figura foliorum. Circa caulem floriferum erectum Autumno alii pronaſcuntur caules, foliis crebris rotundis cincti. Flores non vidi, ex colore tamen capſularum ſubluteo luteos eſſe colligo. Capſulæ in quinque vel ſex loculamenta diviſæ, in quorum ſingulo unum plerumque continetur ſemen. In agris poſt meſſem circa Rodoſto.

Tab. XXIX.

Cruciata paluſtris maxima.

BIpedalis & altior planta, foliis veſtita rigidis minus hirſutis. Flores albi paniculatim diſpoſiti. Occurrit in foſſis hortos rigantibus in Media Iulio.

Tab.

Tab. XXX.

Fig. I.

Rubeola montana erecta, foliis incanis.

COnfertim naſcuntur aliquot caules ex radice fibroſa erecti, cinerei. Flores ſublutei, quadrifidi aut quinquifidi. In collibus glareoſis Cappadociæ Maio.

Fig. II.

Gallium minimum, ſeminibus longis.

REpit in montoſis aridis Inſularum Conſtantinopoli vicinarum. An *Gallium ſaxatile minimum, ſupinum & pumilum Tourn. Inſt.*

Fig. III.

Convolvulus arvenſis minimus, flore cœruleo.

CApſula huius quadripartita eſt. Repit in agris Inſulæ Chalcidis Iulio.

Tab. XXXI.

Fagopyrum Orientale, ramoſum & multiflorum, Perſicariæ folio Tourn. Coroll.

ARvorum eſt vitium radice repente lutea. Flores albi. Inter ſegetes Armeniæ.

Tab. XXXII.

Fig. I.

Heſperis maritima, flore obſoleto.

RAdix craſſa in arena repens. Caules non ramoſi cernui, foliis cincti glaucis Filagini æmulis. Flores obſolete purpurei, quatuor petalis varie contortis conflati. Siliquæ longiſſimæ tricuſpides. Primo ſtatim floret vere circa fauces Ponti Euxini in Thracia.

Fig. II.

Heſperis maritima minor, ſiliquis articulatis.

RAdix parva, ut mihi videtur, annua. Folia conſertim cingunt caules non ramoſos, humi ſtratos, ſuperne viridia, inferne glauca, leviter crenata. Flores parvi purpurei, quos ſequuntur ſiliquæ graciles articulatæ, quas immaturas adhuc videre contigit. Cum præcedente.

Tab. XXXIII.

Fig I.

Turritis montana, ſiliquis latis.

FOlia glabra, ſubrotunda, profundius crenata. Flores lutei. Siliquæ depreſſe rotundæ, ſeminibus oblongis luteis repletæ. In montoſis circa Pruſam ad ſepes Maio. Flores calore ſolis aridos negligere coactus ſum.

Fig.

Fig. II.

Turritis minor, foliis Veronicæ, flore albo.

IN agris ſterilibus Cappadociæ magnitudine hic delineata occurrit Majo. *Turritis annua, verna, flore albo Tourn. Coroll.* eſt *Burſa paſtoria ſive Piloſella ſiliquata I. B.* quæ parva occurrit primo vere. Eadem quoque planta eſt *Braſſica ſpuria exilis non laciniata, caule magis folioſo, hirſutior, foliis ſubrotundis* Pluk. T. LXXX.

Tab. XXXIV.

Naſturtium ſpicatum, capſula bifida.

EX radice alba prodit caulis ſemipede altior, foliis inferius profunde inciſis, ſuperius vero integris anguſtis veſtitus, qui ſuſtinet ſpicam florum parvorum, ex anguſtis petalis albis conflatorum. Sequuntur capſulæ bifidæ in duo loculamenta diviſæ, quorum ſingulum continet ſemen unicum oblongum flavum. Primo adſpectu habui pro *Thlaſpi VI. Cluſii*, ſed poſtea agnovi eſſe diverſum. In montibus circa Peram ad S. Stephanum Aprili.

Tab. XXXV.

Ciſto affinis, flore purpureo.

PLanta eſt fruticoſa, cuius caules in plures ramos erectos, quorum unum figura monſtrat, diviſi. Folia ſubglauca nullo ordine poſita acuminata. Flores pur-

purpurei, ex quinque petalis quaſi auriculatis compoſiti, perianthio quinquifido innixi & brevibus ſtaminibus luteis embryonem cingentibus referri. Fructus unicapſularis, quinque valvis dehiſcens, ſeminibus foetus oblongis, pappo criſtatis. Capſula eleganter diſſilit & ſemina adhuc in valvis ſuſtinet, uti figura noſtra exprimit. Facies exterior ad Ciſtum aut Hypericon accedit, hinc *Ciſto affinem* apellavi. Cui hoc nomen non placet, *Ciſtoidem* vocare poteſt. Creſcit in ſqualidis Mediæ & floret Iulio.

Tab. XXXVI.

Fig. I.

Stellaria aquatica, folio plantaginis

HUius folia nervoſa exacte reſpondent foliis *Alſines Plantaginis folio I. B.* uti figura monſtrat. Collegi in rivulis Bithyniæ in Boſphorum decurrentibus. Stellariæ vulgaris Figuram optimam habet Loſ. Fl. Pr. ubi vocatur *Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio in apice diſſecto.* Breynius in Præfat. Fl. Quas. putat eſſe novam Stellariæ aquaticæ ſpeciem, ſed errat, antiqua enim eſt.

Fig. II.

Phalangium humile, foliis gramineis, floribus cœruleis.

EXhibemus hic figuram ſine floribus, qui a calore ſolis marcidi delineari non potuerunt. Erant dilute cœrulei. Folia Graminis. Radix fibroſa. Capſulæ

ſemi-

ſeminales tripartitæ, ſeminibus, uti Phalangium vulgare, nigris fœtæ, eleganter virides albo permixtæ inſtar marmoris. In locis aridis circa Hanſem cum Telephiode Tourn. collegi.

Tab. XXXVII.

Fig. I.

Ornithogalum humifuſum, floribus umbellatis, albis.

RAdix bulboſa craſſa, exterius nigricans aut fuſca. Folia vix lineam lata, carinata. Caulis craſſus, uncialis ſaltem, qui divaricatur in tres vel quatuor petiólos flores ſuſtinentes exterius ex viridi albeſcentes, interius vero candidos. Florum petioli non egrediuntur ſupra terram, hinc flores humifuſi videntur. Radici alii poſtea adnaſcuntur bulbi & ſic copioſe ſe propagat. In collibus apricis circa Conſtantinopolim Februario.

Fig. II.

Hydrophace.

ESt *Lenticula paluſtris latifolia punctata* C. *B*. *P*. quæ ſub ſingulo folio gerit globulum ex multis quaſi acinis inſtar fructus Rubi compoſitum, ſtigmatibus pariter punctatum. Sunt autem hi globuli nihil aliud, quam folia ob adnata ſemina ita complicata, recte enim Raius Hiſt. hanc plantam ad Capillares referendam cenſet. Fig. noſtra II. duo exhibet folia cum ſubiectis globulis ſeminiferis. Hydrophacen vocare conſultum viſum

eſt, ne amplius cum Lenticula confundatur, ſed ſuo loco, Capillaribus nempe, inſeratur.

Fig. III.

Hydropiper.

PRovenit in paluſtribus ad ſtagnorum margines circa Aſtrakan plantula unciam fere alta, cauliculis quibusdam per terram ſtratis erectis, foliis cinctis oblongis, acuminatis, binis ex adverſo poſitis, præterquam ubi globuli ſeminiferi. Hi enim pluribus cinguntur foliis in caule ſeſſiles quadripartiti. Proferre flores ſtamineos ſuſpicor, nihil enim præter parvos apices luteos conſpicere potui. Similis eſt planta Rai. Meth. quam vocat *Gramini foliam paluſtrem vaſculis granorum Piperis æmulis*, cuius fig. vide apud Pluk. Ob vaſcula illa, quæ Raius Piperi comparat, Hydropiper ſalutavimus.

Tab. XXXVIII.

Orobus purpureus, foliis anguſtis, digitatis.

HUmi ſtratus occurrit in montibus Thraciæ Majo. An *Orobus Orientalis foliis anguſtiſſimis, coſtæ breviſſimæ innaſcentibus Tourn. Coroll.*? Deſcriptus eſt noſter iam a I. Bauhino, ubi apellatur *Araci vel Apios leguminoſæ ſpecies Toſſano Hiſt. II.* ſed figura, uti ipſe fatetur, non bene eſt expreſſa, hinc meliorem dare & plantam incertæ hactenus ſedis ſuo loco inſerere voluimus.

Tab.

Tab. XXXIX.

Clymenum latifolium, flore purpureo.

FOlia huius inferiora ſemunciam interdum lata, in apice pinnata, ſed ſuperiora anguſtiora evadunt. Siliquæ latæ fuſcæ. An *Lathyrus ſeu Cicercula Meſſanenſis Rai. Hiſt.* Inter ſegetes Thraciæ æſtate.

Tah. XL.

Fig. I.

Ornithopodium purpureum, ſiliqua longiſſima.

LOnge lateque repit floribus purpureis, quos ſequuntur ſiliquæ longiſſimæ articulatæ. In gramineis circa Trapezuntem Maio.

Fig. II.

Coronilla Orientalis herbacea, flore magno luteo Tourn. Coroll.

OCcurrit cum prædente. Siliquas immaturas ſaltem vidi.

Tab. XLI.

Fig. I.

Cytiſus humilis, Geniſtæ facie.

IUnceus fere rariſque veſtitus foliis. Flores lutei, quos ſequuntur ſiliquæ breves Lentis fere ſimiles. In apricis montis Olympi Auguſto.

Fig. II.

Geniſta minor anguſtifolia.

MOdo creſcendi convenit cum Geniſta tinctoria Germanica. Flores lutei. Circa Boſphorum in montoſis. An *Geniſta Luſitanica parvo flore luteo Tourn. Inſt.*

Tab. XLII.

Onobrychis maior, fructu alato.

RAdix craſſa perennis. Flores in ſpicam digeſti lutei aut albicantes, ſtriis rubris vel nigricantibus notati. ſemina echinata ala foliacea lata cincta. In Iberia Iulio. Queritur an *Onobrychis Orientalis flore flaveſcente, vexillo lineis purpureis variegato*, an vero *Onobrychis Orientalis Galegæ foliis, erectior, floribus lineis purpureis utrinque reticulatis Tourn. Coroll?* Utriusque enim nomen noſtræ poteſt applicari. In re itaque dubia conſultius viſum eſt, novum nomen imponere. *Onobrychis minor flore parvo, purpureo, ſiliqua echinata, maioribus aculeis Rai.* non differre videtur a *Polygalo minori ſaxatili I. B* uti figuras Plukenetii & I. Bauhini conferenti patebit. Bauhinus quidem ſuo floſculos adſcribit luteolos, ubi mendam latere ſuſpicor. Nec diverſa eſt *Onobrychis ſaxatilis foliis viciæ anguſtioribus & longioribus Aquiſextienſis Tourn. Inſt.* uti ex plantis ſiccis perſpexi. Boerharvius Ind. H. L. B. 48. quærit, an *Onobrychis Cretica foliis Viciæ, fructu magno aculeato & criſtato Tourn. Coroll.* ſit eadem cum *Onobrychide minore, fructu inſigniter echinato Triumfetti?* Sed facile poterat determinare ambas in

horto

horto alens, maluit tamen duas recenſere ſpecies. Onobrychidis ſemina ſeminibus nudis adnumeranda, involucrum enim non deponunt, ſed illud iuniori radici adhuc adhærens & perforatum ſæpius deprehendi.

Tab. XLIII.

Fœnugræcum polyceration, ſiliquis Ornithopodii.

CAules ex radice annua aliquot dodrantales. Folia ſerrata, in quorum alis naſcuntur pediculi ſuſtinentes flores luteos plures coniunctos. Siliquæ incurvæ articulatæ Ornithopodii Siliquis æmulæ. In agris Armeniæ Iunio.

Tab. XLIV.

Fig. I.

Fœnugræcum Meliloti facie minus, foliis incanis.

NAſcuntur ex radice parva aliquod caules erecti foliis cincti incanis ſerratis. Flores in ſpicas congeſti lutei, quos ſequuntur ſiliquæ incurvæ, quas immaturas ſaltem vidi. Collegi cum præcedente. Differt a *Meliloto Ægyptia Alchimelech vocata I. B.* foliis hirſutis crenatis & quod erigatur.

Fig. II.

Fœnugræcum ſiliquis ſingularibus aduncis, longiſſimis.

FOlia Ciceris brevibus nixa petiolis. In horum alis flores parvi lutei & ſiliquæ longæ aduncæ teretes. Minus recte *Fœnugræcum ſylveſtre Melioti facie Tourn. Coroll.* & reliqua ſynonyma iunguntur Fœnugræco ſylvèſtri polyceratio minori Monſpelienſi Breynii Cent. in Ind. H. L. B. qui & cum Tournefortio ab Anonide debebat ſeparare Anonidem ſiliquis Ornithopodii, cui ſiliqua Anonidis turgida deeſt.

Tab. XLV.

Fig. I.

Sedum minus longifolium ſtellatum, floribus purpureis.

FOlia glauca teretia, in quorum alis ſeſſiles flores purpurei. In apricis circa Peram Maio. An *Sedum ſtellatum annuum longiore folio Tourn. Coroll?*

Fig. II.

Saxi fraga exigua, foliis Cymbalariæ.

IN Saxis rivorum ex montibus decurrentium aſpergine madidis multis repit cauliculis inſtar Alſines multicaulis. Flores ſunt lutei. An *Saxifraga annua, Cretica, Minima folio hederaceo Tourn. Coroll.*

Tab.

Tab. XLVI.

Salvia foliis Ebuli.

FOlia glabra Ebuli foliis ſimillima, niſi quod minora. Flores purpurei. In montoſis Cappadociæ Maio.

Tab. XLVII.

Knawel maius, foliis caryophyllæis.

ANnua eſt planta foliis rigidis albicantibus, Caryophylli foliis æmulis. Calyces florum longi ſemper clauſi, in acutiſſima & anguſtiſſima ſegmenta diviſi. Plura licet proferat ſemina oblonga & hac in re a Knawel Tragi differat, ob totius tamen plantæ faciem huc referre malui. In montoſis aridis Iberiæ Iunio. *Paronychia Orientalis humifuſa, Serpilli folio Tourn. Coroll.* eſt *Polygoni vel Linifolia per terram ſparſa, flore Scorpioidis* I. B. quam copioſe in ſcrobibus Armeniæ foliis Serpilli variantem collegi. Bene ex hac Polygonifolia novum genus conſtituit Dill. App. Cat. minus commode vero refertur ad Knawel, a quo facie tota recedit.

Tab. XLVIII.

Geranium nodoſum, acu longiſſima.

RAdix craſſa, ſuccisa & putrida, in cuius corona naſcuntur plurimi bulbuli rubri, ex quibus egrediuntur cauliculi numeroſi, in inferioribus ramorum divaricationibus pariter eiusmodi nodis bulboſis præditi, qui, quo altius adſcendas, fiunt minores. Cauliculi parum reclives folia ferunt Geranio Robertiano fere ſimilia, hir-

ſuta. Flores purpurei, quorum duo petala parum incurvata florem irregularem efficiunt. Acus ſequitur longiſſima, gracilis. Collegi circa Hanſem in Media. Profert Barallierus *Geranium Myrrhinum, tenuifolium, amplo flore purpureo Icon.* 1245. collegi hoc etiam circa Conſtantinopolim flore multo maiore, ac alias eſſe ſolet, ſed quia promiſcue flore maiore & minore reperitur, ſpecie non eſſe diſtinctam concludo. Nec radix, uti Barallierus vult, diverſam facit ſpeciem, ſimilem enim deſcribit Raius Hiſt. excepta perennitate, quam ſuo loco relinquimus. Videmus hoc aliis quoque plantis contingere, quod floris magnitudine varient, ex quibus immerito diverſæ finguntur ſpecies. Sic eadem planta eſt *Ptarmica Orientalis, Santolinæ folio, flore maiore Tourn. Coroll.* cum illa quæ flore eſt minore. *Ptarmica Orientalis, foliis Tanaceti incanis, ſemifloſculis florum pallide luteis* non differt a *Ptarmica Orientali, foliis Tanaceti incanis, ſemifloſculis florum brevioribus Tourn. Coroll.* Huius notæ ſunt *Ranunculus Samius dulcis, nemoroſus, tuberoſa radice, latifolius, flore magno cœruleo, & flore parvo cœruleo. Ranunculus Orientalis Pulſatillæ folio, flore parvo* & *Ranunculus Lesbius, Pulſatillæ folio, flore magno Tourn. Coroll.* ubi plures occurrunt eiusmodi varietates. Ipſe Tournefortius fatetur, florum magnitudinem eſſe diverſam, ſed non ſpecies diverſas conſtituere, de Ciſto enim ladanifera inquit: Naſcitur in Ponto flore longe maiore, quam in Creta; unde varietas eius videtur. Obſervavi hanc florum varietatem in *Ranunculo longifolio paluſtri* C. B. P. *Spergula marina* I. B. & in aliis Geranii ſpeciebus. *Geranium foliis Pimpinellæ Dill. Cat.* eſt varietas

Geranii

Geranii Cicutæ folio minoris & ſupini C. B. *Geranium montanum rotundifolium, perenne, flore purpureo maiori Barr. Icon.* 1040. eſt *Geranium columbinum minus, maiori flore & foliis florum bifidis Bot. Monſp. Geranium Batrachoides, flore purpureo, reflexo, Italicum Barr. Ic.* 39. an a *Geranio fuſco Hort. Eyſt.* differat dubito. Petala quidem florum apud Barr. acutiora picta ſunt, ſed quis illius figuris fidem habere poteſt?

Tab. XLIX.

Fig. I.

Agaricus varii coloris, erinaceus.

QUi hic delineatur eſt pediculo donatus, quando enim in ligno terra operto naſcitur, pediculum acquirit & Fungum mentitur, quod etiam in aliis obſervamus Agaricis. Si vero truncis reſectis terræ proximis adnaſcitur, ſemicircularis eſt, craſſus ſatis & ſucculentus, circa exortum lanugine alba mucida obſitus, ſpithamam interdum longus & palmam latus, ſuperne variegatus, hirſutus & circa oras villoſus. Prona pars aculeis fuſcis aut variegatis lineas duas vel tres longis aſpera eſt inſtar *Fungi pene candidi, prona parte erinacei* I. B. Hic Fungus erinaceus immerito a Botanicis in tres diſcerpitur ſpecies. Iunior enim albicat aut luteſcit, tener eſt & eſculentus, antiquus vero rigidus evadit & coriaceus coloremque mutat, nec in putrilaginem more Fungorum abit, ſed uſque in hyemem ſuperſtes remanet, & talem deſcribit Bauhinus, a quo ætate ſolum differunt *Fungus erinaceus albus eſculentus, in ſylvis Tuſculanis Bocc.* & *Fungus erinaceus luteus Fl. Ien.*

Fig. II.

Agaricus Pectunculi forma, oblongus luteus.

ELegans hic Agaricus ſuperne hirſutus coloris lutei, nigris maculis adſperſi, inferne totus luteus, lamellis crebris partim usque ad anguſtiorem partem, ubi ligno adhæret, excurrentibus, partim in medio evaneſcentibus, inſtructus, mollis & carnoſus. In pontibus ligneis auctumno. Agarici ſpecies novæ ſine neceſſitate fictæ ſunt ſequentes. *Fungus pedem equinum referens, ſubtus foraminoſus Dood. Rai.* III. *Agaricus igniarius, tuberis forma, ingens Ind. H. L. B. Fungus parvus pullus, ſtipitibus carioſis adnaſcens, ſuperne lamellatus D. Vernon. Pluk. Mant.* eſt monſtroſa degeneratio Agarici lamellati, qualis pariter eſt *Agaricus nigricans totus ligno adhærens, lamellis ſinuoſis & invicem implexis tantum protuberantibus Cat. Hall.* Monſtris etiam adnumerandus *Agaricus ex alneo trunco, cortice duro nitido caſtanei coloris obductus, alias lignoſus, caput quaſi caninum repræſentans Helw. Suppl. Fl. Pruſſ.* quem lignoſum deſcribit, ad Auriculam Iudæ tamen referendum dicit. Quam bene illuc referatur, norunt illi, quibus cognita eſt Auricula Iudæ, cuius ſubſtantia cartilaginea & membranacea, quemadmodum auris; uti Cluſius deſcribit. *Agaricus quernus lamellatus coriaceus, villoſus Dill. Cat.* eſt varietas prius in dicto Catalogo memorati, & tres *Agarici poroſi igniarii* eiusdem varietates ſunt *Agarici pedis equini facie Tourn. Inſt.* qui multis modis variat. Quomodo *Agaricus villoſus & poroſus*

roſus candidus, faginus Dill. Cat. a ſaligno differat non video. De Agarico Lichenis forma variegato & varii coloris ſquamoſo Tourn. Inſt. alii iam dixerunt. Ad Agaricum potius quam Fungum videtur pertinere *Fungus aureus, cruſtæ inſtar cortici quercino raſo innaſcens Ind.* H. L.B. Male Agaricis adnumeratur a Tourneſortio *Fungus autumnalis, biſulcus velut Apex Flaminis Plinii Menz. Pug.* quippe qui genuinus Boletus & a Germanis vocatur Herbſt-Morcheln.

Fig. III.

Lycoperdon ſtellatum, calyce inverſo.

DIffert a *Lycoperdo veſicario ſtellato Tourn. Inſt.* quod globulum pulverulentum non complectatur, ſed verſus terram oræ flectuntur, quæ non tam profunde inciſæ ſed leviter tantum crenatæ ſunt. Globulus multis dehiſcit crenis foramen exiguum formantibus. Creſcit in gramineis circa Conſtantinopolim auctumno.

Tab. L.

Fig. I.

Fungus pileo plicatili, maior.

LUteus eſt fuſco permixtus, lamellis ſubtus fuliginoſis, totus tener. In gramineis hortorum & circa ſepes auctumno.

Fig. II.

Fungus parvus pileolo plicatili, cinereus, oris crenatis.

TEnerrimus eſt totus cinere quaſi reſperſus. In paſcuis circa Boſphorum Novembri.

Fig. III.

Fungus plicatilis omnium minimus, albicans.

OCcurrit cum præcedente.

Fig. IV.

Fungus parvus, infundibulum referens.

FUſcus eſt & ſubhirſutus, lamellis magis ad album vergentibus colorem. In paſcuis paſſim.

Fig. V.

Fungus exiguus albicans capitulo, ſtriato.

GRegatim naſcitur in lignis putridis. Capitulum fere globoſum eſt, oris ſemper verſus pediculum inflexis, eleganter ſtriatum, ſubtus lamellis crebris inſtructum. In hortis ad maceries.

INDEX.

INDEX.

Agaricus 43. 44.
Bellis 23.
Buphtalmum 25.
Ciſto affinis 33.
Clymenum 37.
Convolvulus 31.
Conyza 23.
Coronilla 37.
Cruciata 30.
Cytiſus 37.
Dens Leonis 24.
Fagopyrum 31.
Fœnugræcum 39. 40.
Fucus 15 - 17.
Fungus 45. 46.
Gallium 31.
Geniſta 38.
Geranium 41.
Heſperis 32.
Hydrophace 35.
Hydropiper 36.
Iacea 22.
Knawel 41.
Lichen 9 - - 14.
Limonium 18.
Lycoperdon 45.
Muſcus 1 - - - 9.
- - marinus 16.
Naſturtium 33.
Onobrychis 38.
Ornithogalum 35.
Ornithopodium 37.
Orobus 36.
Phalangium 34.
Ptarmica 25.
Pulmonaria 21.
Rubeola 31.
Ruta 31.
Saliunca 19.
Salvia 41.
Saxifraga 40.
Scorzonera 26. 27.
Sedum 40.
Stellaria aquatica 34.
Symphytum 22.
Telephioides 20.
Tithymalus 27-30.
Turritis 32. 33.
Valeriana 19.




fig: 1.



fig: 3



fig: 4.



fig: 2.



fig:5



fig:8



fig:9.



fig.6.



fig:1.



fig:2.



fig:4.



fig:3.



fig:7



fig: 1



fig: 3



fig: 4.



fig: 2.



fig: 2.



fig:: 1 ::



fig. 3



fig: 4.



fig : 4.



fig : 2.



fig : 3.



fig : 5.



fig : 1.



fig: 2



fig: 1.



fig:1.



fig:2.




fig: 3.



fig:3



fig:4.



fig: 2.



fig: 1.




fig: 1.




fig: 2.



fig: 3.



fig: 4.








fig: 1.



fig: 2.

Cent. II. TAB. XIII.



fig: 2

fig: 1.

Cent. II. TAB. XIV.





fig: 2



fig: 1.



fig: 1.



fig: 2.

Cent II TAB XVII



Cent. II. TAB. XVIII.



fig: 1.





fig: 2.




Cent. II. TAB. XX.











Cent. II. TAB. XXV.







fig: 2 .



fig: 1 .





fig: 2.



fig: 1.



Cent: II. TAB. XXX.



fig: 1.



fig: 2.



fig: 3.





fig: 2.



fig: 1.





fig: 1.



fig: 2.

Cent. II. TAB. XXXIV.





Cent. II. TAB. XXXVI.




fig: 2



fig: 1.

Cent. II. TAB: XXXVII.





fig: 1.



fig: 2.



fig: 3.






Cent. II. TAB. XL



fig: 1



fig: 2



Cent. II. TAB. XLI.




fig: 1.



fig: 2.





Cent II. TAB. XLIV.



fig: 2.



fig: 1.

Cent. II. TAB. XLV.



fig: 2.



fig: 1.



Cent.II. TAB.XLVII.



Cent. II. TAB. XLVIII.



Cent. II. TAB. XLIX.




fig: 2.



fig: 1.



fig: 3



fig: 4.



fig: 3.



fig: 1.



fig: 2.



fig: 5.

00054887

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 02 July, 2018